appollinaris apud ãuernoꝝ urbem ex pre
fecto ep̃us· uir ſecũdum ſeculi dignitatẽ
nobiliſſimus· & literali diſciplina ꝑitiſſimus·

Helinãdus in libro· xliiij· Hunc ſidoniũ gẽna
dius in libro uirorum illuſtrium niſi fallor· appel
lat ſaluianum maſſilienſem p̃ſbiterũ de quo cum
multa laude meminit in hũc modũ· Saluianꝰ maſ
ſilienſis eccleſie p̃ſbiter· humana & diuina litera
tura inſtructus· & ut abſqꝫ inuidia loquar epoꝝ
magiſter· ſcripſit ſcolaſtico & apto ſmone multa
Ex q̃bus ſunt iſta q̃ legi· de uirginitatis bono ad
marcellum p̃ſbiterum libri tres· Aduerſus auari
ciam libri· iiij· De p̃nti iudicio libri· v· & ꝓ eoruꝫ
merito ſatiſfactõnis Ad ſalonium ep̃m liber vnꝰ
Et expoſitõnis extreme ꝑtis eccleſiaſtis liber vnꝰ
Ad claudium ep̃m uiennenſem· ep̃laꝝ· li· j· Et in
more grecorum de principio geneſis uſqꝫ ad con
ditõnem p̃mi hominis· ꝯpoſuit ũſu q̃ſi hexamerõ

libꝝ .j. Omelias epīs factas ſacra mētoꝝ vero qn
tas nec recordor. Hec gennadius. Claudius autē
epūs uiennenſis ad quem dicit ſinodiuz ſcripſiſſe
epl'as ipē eſt ſactus mamert9 uiennenſis epūs. q
etiā cognominat9 eſt claudian9. de quo ſupra.
¶ Actor. Hunc claudianū qui librū de ſtatu anī
me cōpoſuit. idem ſidonius in epl'is ſuis multum
cōmendat. Hic enim ſidoni9 vir ingenioſ9 & ac
curate eloquentie multas difficiles ſcripſit epi-
ſtolas. ex quib9 has morales excerpſi ſententias.

¶ XLVII ¶ De floſculis epl'arum eiuſdem.
¶ Ex primo libro

Non mīn9 ē morū naturaliū pſonā ſuaz ex
colere q̄ villam. Amico reuerentia debe
tur etiā afflicto. Roma domiciliū regum
gimnaſiū literarū. curia dignitatū. vertex mūdi.
patria libertatis. Non grādis alicui gloria datur
ſi deteriorū collatōne clareſcat. ¶ Ex libro ſecū
do. Hoc ipm q̄ copiā tui iurgātibus difficile con
cedis. indiciū eſt bene iudicaturi. Quis enim ſe n̄
ambiat arbitrū legi. aut p̄cio aliquid indulturus
aut gratie. Sententiā tuā nec uict9 accuſat vt ſto
lidus. nec uictor irridet ut argut9. veritatiſq3 re
ſpectu īpendunt tibi addicti reuerentiā. gratiam
libertati vitāda ſunt plerūq3 cōſilia medicoꝝ aſſi-
tentiū & diſſidentiū. qui parū docti & ſatis ſedu
li languidos multos efficioſiſſime occidūt. Qui-
dam ius faſq3 cōmune ſupgreſſi ſūmam beatitudi
nem ſūmā poteſtatem putāt. hoc ipo ſatis miſeri-
ores q̄ parum intelligūt ſē īequitiſſimo famula
tui ſubiacere. Nam ſicut hominib9 reges. ita regi
bus dominādi d̄ſideria dominātur. Nō magis cor
di eſſe debet aut voluptati. ager cum redditibus
āplis q̄ vicin9 equalis moribus bonis ¶ Ex ter
cio libro. Garrulo non reſpōdere cōuiciū eſt. Plu
rimum laudis iuuenes morib9 ſuis applicāt. quo-
tiens de negocioꝝ meritis ambigentes ad ꝑitoruz
ꝯſilia r̄currūt. Eſt hic loq̄x nec dicax ridicul9 nec
letus. arrogans nec cōſtās curioſus nec pſpicax.
tempꝰ preſentia colens. p̄terita carpens futura fa
ſtidiens. bn̄ficij ſi rogat9 īmemor ē īportun9 petē
di. derogator negati. emulator accepti. callid9 re
formādi. querulus flagitati. garrul9 reſtituti. At
ſi rogādus ſimulator ꝑati. diſſimulator petiti. uē
ditor p̄ſtiti. publicator occulti. calūniator mora-
ti. inficiator ſoluti. oſor ieiunioꝝ. ſectator epula
rum. laudabilem ꝓferens. non de bene viuente ſʒ
d̄ bene paſcente ſententiā. Inē hec tn̄ ipē auariſſi9
quem non tam paſcit panis bonus q̄ alienus. aui
dus bibendi. auidior detrahendi rapido ꝑiter ore
ſpirans cenum. ſpumās vinū. loquens venenum.
Ita viuens paucis eſt voluptati. nullis amori. om
nibus riſui. facilius inuenies qui ſeria loquēs ob
ſcene uiuat. q̄ qui ꝑiter exiſtat & dictis ꝓbet &
moribus. ¶ Ex quarto libro. Nemo ut claudiā9
qui librū de ſtatu anime ſcripſit tempꝰ meo que
uoluit affirmare ſic valuit. Sentit ut pictagoras
diuidit ut ſocrates. explicat ut plato. implicat ut
ariſtoteles. blanditur ut eſchines. iraſcitē ut dmo
ſtenes. uernat ut hortenſius. moratur ut fabius.
ſimulat ut craſſus. diſſimulat ut ceſar. ſuadz vt ca
tho. diſſuadet ut appius. pſuadet ut tulli9. Iam ſi
ad ſacroſāctos patres ꝓ cōꝑatione veniatē. īſtru-
it ut hieronim9. deſtruit ut lactātius. aſtruit vt
auguſtinus. attollitur ut hilarius. ſūmittitē ut io-
hānes. corrigit ut baſilius. cōſolatur ut gregori9
affluit ut oroſius. ſtringitē ut rufin9. narrat ut eu
ſebius. ut paulinus ꝓuocat. ut āmbroſius pſeuerat
Sodales uetuſtos nūq̄ ꝓ cōſequētiū nouitate fa
ſtidias. aliter enim videberis ſicuti amicis quaſi
floribus tādiu gratis q̄diu recentibus. Bonū pu
blicū ſemper euertūt ſtudia ꝑuata. ¶ XLVIII

¶ Adhuc de eodem. ¶ Ex quinto libro.

Perfecta dilectō non tam debet recolere
quid officioꝝ ſoluerit q̄ meminiſſe quid
debeat. Exactiſſimū virū poſſe ceſere ar
bitror. de quo ciuis malus loqui bonus tacere nō
poſſit. Non maior eſt gloria dixiſſe quod noueris
q̄ ſiluiſſe quod neſcis. Eſt hec quidem vis malis
moribus. vt īnocentiā multitudīs deuenuſtēt ſce
lera paucoꝝ. cum tamen ex diuerſo bonoruz rari
tas flagicia multoꝝ uirtutibus cōmunicatis neq̄-
at excuſare. quis non exacerbeſcat cum videat ſor
didari uirtutem criminatōne vicioꝝ. Si eligimus
humilem. vocatur abiectus. ſi erectū ſupbus. Si
min9 inſtitutū. ꝓpter impitiā credit̄ irridend9. Si
aliquatin9 doctū. ꝓpter ſcientiā clamatur inflat9.
Si ſeuerū tanq̄ crudelis horretur. Si indulgentē
facilitate culpatē. Si ſimplicem deſpicitē ut brut9
Si acrem vitatē ut callidus. Si diligentem ſupſti-
cioſus decernitē. Si remiſſum negligens iudicatē.
Si ſolertem cupidus. Si quietem ignarus. Si ab
ſtemiū auarus. Si bene paſcentem guloſ9. Natu-
rali vicio fixum radicatuq3 eſt pectorib9 hūanis.
ut qui non intelligūt artes non mirentē artifices.
Monaſterialib9 diſciplinis egre ſubditē. vel cerui-
coſitas popularium. uel licentia clericoꝝ. Perſōa
matrone. verecūdam ſuccinctāq3 ſui exigit men
tōnem. Idiotarū eſt ſicut facile vinci ita difficile
cōpeſci. Humana ſb̄ſtātia rectius mente q̄ mole
cenſenda eſt. Inter opes quaſlibet poſiti que bōa
a ſtultis falſo vocantē. ſi quid agimus noſtrum ſi
quid habemus alienū eſt. His quos amplius diligi
mus pl9 timemus. Quidā ſupbiſſimi opinātur ſo
lo ſe cenſu ſācte cenſendos. qui ſic vicijs ut diui-
tijs incubāt. Iuſte ſub iuſto principe iacet qui ꝑ ſe
minim9. & tamen ꝑ ſua maximus animo exiguus
viuit. & patrimonio plurim9. Vt verā laus ornat
ita falſa caſtigat. O neceſſitas abiecta naſcendi.
miſera uiuendi. dura moriendi. Multa in te gene
ra uirtutū ſupno munere cōgeſta gaudemus. ſiq̄-
dem agere narraris. ſine ſupbia nobilem. ſine inui
dia potentem. ſine ſupſtitōne religioſū. ſine iactā
tia literatū. ſine ineptia grauez. ſine ſtudio facetū
ſine aſꝑitate cōſtātem. ſine popularitate cōmunez
Quidā barbariſſem9 eſt morū. ſermo iocūdus &
animus afflict9. Ad nectar celeſtiū poculorū ꝑ
amaritudinū terrenaꝝ calices ꝑuenitē. ſi quātālib3
nobis anxietatē uite p̄ſentis ꝓtinet afflictō ꝑua
toleramus ſi recordemur quid biberit ad patibu-
lū qui inuitat ad celum. ¶ XLIX ¶ De caſſiodo
ro ſenatore & florib9 epiſtolaꝝ eius

¶ Helinandus.

Eodem quoq3 tempore floruit caſſiodorus
p̄mus ſenator. poſtea monachus. qui theo
dorici regis ytalie fuit cancellarius & ex
ꝑte eius multas fecit epiſtolas ad diuerſas perſo
nas de negocijs curialibus. ¶ Actor. Idem ſupē
pſalmos cōmentatus. cl. tractat9 fecit. librū quo
q3 de ratōne anime eleganter cōpoſuit. & libꝝ de
orthographia. de ipſis epl'is pauca excerpſi nota
bilia. que in hoc loco inſerui. ¶ Caſſiodorus in
ꝓlogo epl'arū. Declmāda eſt ſuaſio que pl9 habet
ꝑiculi q̄ decoris. Aliter multa lectōne ſatiatis.

aliter mediocri guſtatōne ſuſpenſis aliter a litera
rum ſapore ieiunijs · pſuaſionis cauſa loquendum
eſt · ut plerumqꝫ ſit pitie genus uitare quod pla:
ceat doctis · ¶ Idem in epiſtola tercia. Cōuentus
ſapientiū dignitas eſt impantiū · Facilis recti pē
ſuaſor eſt innocens iudex · ſub cuius pdicabili cō
uerſatōne pudet mores pbabiles non habere ·
¶ Idem ī libro · vij Iniquū valde eſt ut de una ſb
ſtātia quibus cōpetit equa ſucceſſio · alij abūdāter
affluant · alij paupratis īcōmodis ingemiſcant
¶ Idem in nono · Decet quemqꝫ honorem quem
gerit nomine · moribus exhibere ¶ Idem in xiij ·
Animus doloſus non arbitriū ſequitur imperan:
tis · ſed ſuas potius explicat volūtates · Debem9
omnes bene gerentibus · ut eos laudis noſtre co:
mitetur aſenſſus · Nam ſi equoꝝ curſ9 clamorib9
incitantur · & inſonātum manib9 agitur · ut a mu
tis animalibus uelocitas expetatur · quantū et ho
mines ſtimulari poſſe credimus · quos ad laudis a
uiditatem natos ſingulariter inuenimus · ¶ Ideꝫ
in · xiiij · Libentes omnibus pbeamus aſſenſū · quo
tiens eſt vox iuſta poſcentiū · non decet eſſe diffi
cile beneficiū quod non patit largitate detrimen
tum · ¶ Idem in · xix · Peruie ſunt ſemp iniurijs fa
cultates abſentiū · & quodāmodo uidetur occaſio
in delictum trahere que non poteſt animū puadē
tis inſultatōne terrere · ¶ Idem in · x · Regnantis
facultas tunc ditior fit · cum remittit · & acquirit
nobiles theſauros fame · neglecta vilitate pecuīe
¶ Idem in · xxiij · Latet ſub ocio laudabilis forti:
tudo · & dum ſe pbandi non habet ſpaciū · occul
ta eſt lux tota meritoꝝ · Quod in iuuentute non
diſcitur · in etate matura neſcitur · Maior in cōſer
uādis reb9 ꝙ inueniendis adhibenda cautela eſt ·
¶ Idem · xxiiij · Maiora principem decet tribuere
ꝙ a ſeruiente uideatur accepiſſe · ¶ Idem · xxviij ·
Procliuior ſemp ad miſericordiā via bonis menti
bus patet · ¶ · L · ¶ De impio iuſtiniani & pſcia
no grāmatico ceteriſqꝫ viris illuſtribus illi9 tem:
poris · ¶ Sigibertus ·

IUſtinus deniqꝫ iuſtiniano ex ſorore nepo
te ſuo in regno ſubſtituto moritur · Qui
iuſtinian9 impium ſūpſit anno domini · d
xxviij · mundi ſcilicet quartimilleſimo · cccc xcj · &
impauit ānis · xxxviij · Hic pſas ab irruptōnibus
in ptes romanoꝝ p biliſariū repſſit · & libros rōa
noꝝ legum in uno volumine quod iuſtinianū vo:
catur adbreuiauit · Florebāt hoc tempore caſſiodo
rus ſenator · poſt monachus · arator poeta · pſciā9
grāmaticus · & uictor capuan9 ep9 qui ciclos pa
ſcales ſcribēs errores uictorij redarguit · Grego
rius quoqꝫ linguonenſis · & nicecius treuerenſis
& domicianus tungrenſis ¶ Actor · De caſſiodo
ro & ſcriptis eius iam ſupius diximus · Porro de
domiciano tungrenſi & nicecio treuerenſi nichil
aliud reppi · niſi ꝙ nicecius multū in martirilogio
cōmendatur · Priſciani libri vbiqꝫ patent · cui9 eſt
illa ſententia in maiori volumine · Nichil in huma:
nis adinuentōibus ex omni pte pfectū eſſe credo
Ex hoc aūt loco patet eos errare · qui dicūt eū fu
iſſe tempibus iuliani apoſtate · Scripſit enim ma:
ius uolumen de ptibus oratōnis non iuliano apo
ſtate qui fuit antea longo tempe · ſed iuliano cōſu
li ac patricio · ſicut legitur in ipo libri titulo · Scri
pſit autem & uolumen minus de cōſtructōne · &
aliud minimū de accentibus · & hec omnia de grā
matica · Extat etiā liber pſciani de naturalibus ꝗ

ſtionibus ad coſdroe regem pſarū direct9 · d quo
plura exerpſi · & in ſupiori huius opis cōgruis lo
cis īſerui ¶ LI ¶ De aratore poeta & dictis ei9

ARator fuit romane eccleſie ſubdyacon9 ·
qui libros metricos duos d hiſtoria actu
um apoſtoloꝝ eleganter cōpoſuit · de qb9
hos paucos flores exerptos ad eiuſdem viri ſoler
tiam inſinuādam hic inſerui · ¶ Arator in pmo li
bro · Ha ſceleris iudea ſui polluta cruore auſa ne
fas cōpleuit opus · Proditor amens mercedeꝫ ſce
leris ſoluit ſibi · tedia noxe horruit ipe ſue · Celo
terreqꝫ poſus · inter vtrūqꝫ perit Turba phēnem
portatura crucem · dominūqꝫ ſecuta fidelē · Spre
uit agros habitura polos · hec nēpe facultas · For
tior eſt de pte magis cōquerē totum · Atqꝫ cadu
corum penſare manentia cauſis · & queſtū p dam
na ſequi · Auri ceſſet amor · qui pectora ſemp adu
rit · Quo capitur mortale genus · qua pollulat om
ne · De radice malū · cuius inſolentius ardet ābicō
Creſcente modo ſtimulātqꝫ rapinis addita lucra
famem · Spūs almus neſcia menſure fert premia ·
pluſqꝫ miniſtrās · ꝙ ſpantis erat pcedit gratia vo
tum · Clauditur obſcuro · ſed non ſine lumine pe:
trus · Carcere · nec poſſūt tenebre caligine furna ·
Eccleſie celare diem · quem ditat honore · te domi
num cōfeſſus amor · De nomine petre · nomen pe
trus habens eterna vocabula portat · Fūdamenta
gerens nūꝗ paſſura ruinam · Corpore ſōnus erat
huic · ſed uigilabat ī illo · que neſcit dormire fides
hec cātica clamāt · dormio corde vigil · ¶ LII
¶ Adhuc de eodem · ¶ Idem in libro ſecūdo ·

SPūs accenſam verbo radiante lucernam ·
Sub modio lucere vetans ſecernite ſaulū
dixit · Ventris ameni fructus ad etne flo
reſcit ſemina vite · Dauitica nam ſtirpe ſatus geni
trice maria · Xpūs adeſt · queꝫ tota canūt oracula
uatum · Venturū ſub carne deum · ſeſeqꝫ creātē ·
virgineos intrare ſinus · O lupe paule rapax de
dit hec benedictō iacob · Nomen habere tibi quid
iam remanebit in orbe · Quod non in ore trahas
poſtꝗ ſolertia grata · Ceſſit · & ī victas ī dogma
te vincis athenas · Repellitur error in diuerſa tra
hens cum ſpūs efficit vnum · Cognoſce furorem
gens inimica tuum · Demō regnare fatetur · queꝫ
veniſſe negas · Atqꝫ hoc cōuīceris ipo · quo ſtimu
lante tuis · Hec eſt vera fides · quā lex comitatur
amoris · O male pta quies · o ſemper dedita ſōno ·
pectora nuda bono · quātis patet ille ruinis Quē
nox ſola tenet · neſcit uigilare periclo · Qui patiē
dormire deo O dilecta manus que xpi militat ar
mis · O ſūmo plebs nata deo · mitiſſima ſors ē · pe
narū quas vota gerūt regniqꝫ facultas perpetuo
p rege pati · Ardet amor ſcelerū · cupiūtqꝫ in ſan
guine pauli · ſacrilegas uerſare man9 que dure ma
loꝝ vota · o pallida cordis imago pocula ſūt meli
ora · tibi iudea cruoris ꝙ laticis nullaſqꝫ volēs cō
tingere menſas · eſuris ad facinus · ſaturāqꝫ cada
uere iuſti · queris habere famem · Non hec ieiunia
moyſes cōdidit exemplo tot cōſūmata dieb9 Me
dijſqꝫ tenebris apparet radiata fides · Sit laurea
iuſtis Ex pcō qd terror agit · manſuraqꝫ uirtus
eſcit in aduerſis que teſtibus uſa peridis · ad me
ritum diſcrimen habet · Certeqꝫ hamanū trāſcen
dunt gaudia uotum · hoc facile eſt pſtare deo · cui
muneris uſus · hic potior ꝙ nemo putat · O quan
tum per inania currit · mens ignara boni · LIII
De ſācto gregorio linguo · epo Ex geſtis ei9

Sanctus aūt gregorius ex ſenatorib⁹ au-
guſtudunenſibus ortus eſt · & regionē il-
lam p̄ · xl · annos rexit · ita ſeuere & diſtri-
cte · ut eum rei ſuſtinere non poſſent · habuit cōiu
gem nomine armentanā · de qua filios ſuſcepit · p⁹
cuius mortem electus eſt in ep̄m linguonenſem ·
Sub panibus triticeis tenues ordeaceos ſibi faci-
ebat apponi · & triticeos frāgens & erogans · ordō
aceos nl'lo ſciēte comedēbat · ſil'r̄ et d̄ uino faciebat
cū ei plēna aquā porrigēt d̄ſr̄ vinū īfūdi iubebat
tale vitꝝ eligēs q̄ꝺ claritatē aq̄ obtegēt Multi de
uirga quam ille ferre ſolebat · ſignatos energumi-
nos curabāt · & de ſtratu eius ſi quis egrotus ali-
quid abſtuliſſet curabat̄ Hic ignorāter ꝓhibebat
ſepulcrū ſācti benigni frequentari · Cui ſanctus
benignus apparens corripuit eum · & monuit ut
oratoriū edificaret ſup̄ ſepulcrū ſuum · letuſqꝫ ef
fectus ꝓ inuentōne martiris · flebat amariſſime ꝙ
ꝑus ꝓhibuerat · & criptam ātiquitate collapſā de
cēter repauit. Ibi habebat oratoriū ꝓ amore mar
tiris · in quo multoꝝ ſāctorū reliquie habebātur ·
ad quod nocte de domo ſua baptiſteio adherēte
p̄gebat · & hoſtium clauſū ſola manu pulſās apie
bat · ingrediēſqꝫ diutiſſime orabat in ſilentō · po-
ſtea voces ſāctorum cum eo pſallentiū p̄ tres ho
ras & ampli⁹ audiebātur · quo expleto · reuertens
ad lectulum · ita caute ſe ſup̄ ſtratum deponebat
vt nemo ſentiret · Obſeruatores autē baptiſterij
claue ſua hoſtiū reſerabāt · ac ſi nemo illō apperu-
iſſet · & cōmoto ſigno · ſāctus gregori⁹ ſicut & re
liqui ad diuinū officiū ꝯſurgebat · In die ſepultuē
illius quidā religioſus uidit celos aptos · Defun-
ctus faciem habebat roſeam · & ceterū corp⁹ can
dens vt lilium · fecit ſe ſepeliri iuxta ſāctum beni-
gnū · Cum deferretur corp⁹ eius ad ſepulturam ·
vincti clamabāt ut ſui miſererēt · & ita aggraua-
tum eſt corpus ei⁹ vt ſuſtineri non poſſet · Quo d̄
poſito trabs in qua pedes vinctoꝝ incluſi erant
& coartati · repulſis obicibus ſciſſa eſt media · · &
liberati ſunt a iudice · Poſt multa tempa cū tranſ
ferretur corpus eius in aliā aſidā · a ſācto tetrico
ſucceſſore · & filio eius · facies eius integra & ille
ſa inuenta eſt · & nichil de veſtimento eius immu
tatū · Quedā puella die domīco pectens caput ſu
um ſenſit dentes pectinis ita affigi digitis ſuis et
palmis · vt valde cruciaretur · hec ad ſepulcrū ſā-
cti gregorij curata eſt · pectine decidente quē diu
adherentē portauerat ¶ LIIII ¶ De ſācto bene
dicto abbate & bonis eius initijs · ¶ Sigibert⁹
Anno iuſtiniani · ij · ſāctus benedictus cū
de loco cui ſublac⁹ vocabulū erat ad mō
tē caſſiū trāſmigrēt · ad omē biuiū duo ei
angeli occurrebāt · viam qua ire deberet · p̄mōſtrā
tes · Huius admirabilem uitā virtutibus plenam
ſāctus papa gregorius ſcribit in libro dyalogoꝝ
[illegible] · vbi etiā teſtatur eum non aliter vixiſſe ꝙ
docuit · ¶ Gregori⁹ in dyalogo libro · ij · Fuit uir
vite venerabilis gratia benedict⁹ & nomīe · Qui
ex murſia ꝓuincia ortus · literas ab infantia deſe-
rens · in quendā ſpecum intrās tribus ānis īcogni
tus hominibus fuit · excepto quodā romano mōa
cho qui ſemper ei quātum potuit miniſtrabat · &
ei panem lōgiſſimo funi ligatum cū tintinnabulo
porrigebat · Sed dyabolus iſtius refectōni & illi
us caritati inuidens · lapidem iactauit & tintīna
bulum fregit · Sed tamen ille monachus ꝓut po
tuit miniſtrauit Cuidā poſt hoc p̄ſbitero domi⁹
in feſto paſche appꝑuit dicens · Tu tibi delicias p̄
paras · & ſeruus meus in illo loco fame cruciatur
Qui ꝓtinus ſurrexit · & cum difficultate maxima
ad locū ueniens dixit ei vt comederet quod ei do
min⁹ miſit · & dixit · Hodie dies paſche ē · abſtinē
non debes · longe quippe ab hominib⁹ poſitus ꝙ
paſcha eſſet ignorabat · Ibidem quodā die feminā
quādam quā aliquādo viderat cogitare cepit · &
dyabolus in ſpecie merule volitans · tāto calore ei
us animū incendit · ꝙ etiā deſerere heremū volu
ptate victus volebat · Sed ſubito ad ſe p̄ dei gra
tiam reuerſus exuit ſe · & nudū in ſpinis & vrti
cis que ibi erāt ſe ꝓiecit · & ibi diu volutatus ex
magno dolore corporis extinxit calorem cordis ·
Ex quo ei cōtigit · ꝙ deinceps nullam temptatōē
libidinis in ſe ſenſit ¶ LV ¶ Qualiter ſe habuit
in cura regiminis ·
Creſcente itaqꝫ fama eius · dum abbas cu
iuſdā monaſterij obiiſſet · tot⁹ ille cōuent⁹
ad illū venit · & vt eis p̄eſſet orauit · Qui
diu negando diſtulit · ſuiſqꝫ illorūqꝫ morib⁹ non
poſſe cōuenire dixit · Sed p̄cibus uict⁹ tandē cō
ſenſit · Cūqꝫ illic regulam diſtricti⁹ ſeruari cōpel
leret · dolentes illi ꝙ aſſueta relinq̄rent · quia ꝑuiſ
moribus ſemper grauis eſt uita bonoꝝ · venenū
in vino recūbenti obtulerūt · Sed benedict⁹ extē
ſa manu ſigno crucis quaſi iacto lapide vitrū fre
git · vnde vir ſanct⁹ ſurrexit · & vultu placido ua
ledicens ad heremū remeauit · & ibi creſcentib⁹ ſi
gnis & multis ad eum veniētibus · xij · mōaſteria
cōſtruxit · In vno aūt illoꝝ quidā monachus erat ·
qui diu eſſe in oratōne non poterat · ſed orātibus
alijs ip̄e ſemp̄ exiens aliquid facē volebat Quod
cum abbas beato bn̄dicto dixiſſet iuit illuc · & vi
dit ꝙ illū monachum qui ſtare in oratōne non po
terat · quidā niger puerul⁹ p̄ veſtis fimbriā foras
trahebat Et dixit ſāctus bn̄dictus abbati & mau
ro cuidam monacho · ſi uiderēt quis illū foras tra
heret · Qui cum dixiſſēt nō ait · Oremus vt uidea-
tis · Et cum biduo oraſſēt maurus vidit · ſꝫ abbas
vidē non potuit · Die ergo tercio egrediētē d̄ ora
tōne monachū benedictus uirga p̄cuſſit · & ex tūc
ille īmobilis in oratōne p̄maſit · ¶ LVI ¶ De flo
rentio eius emulo & monacho ſupbo ·
Tantis eius laudibus quidam florenti⁹ in
uidens ad hoc ductus eſt · ut ei panē ve
nenatum quaſi benedictōnem trāſmittēt
Quem ſanctus gratāter accepit · & coruo qui d̄
manu eius panem accipere ſolebat ꝓiecit dicens ·
In nomine domini tolle hunc panem · & ibi eū ꝓ
ice vbi nullus eum ualeat inuenire Tūc coru⁹ ap
to ore expāſis alis circa panē cepit volitare & cro
citare · ac ſi apte dicēt & obedire ſe velle · ſꝫ iuſſa
implē non poſſe · Cui ſāctus iterum iuſſit dicens
Tolle eum ſecurus · & ꝓijce · Qui tollēs eum poſt
tres horas redijt · & de manu eius panē ſicut ſole
bat accepit · Vidēs ergo florētius ꝙ nichil ſic ꝓfi
ceret · vij · puellas nudas in orto monaſterij lude
re et cātare p̄cepit · ut monachos ſācti benedicti
ad libidinem ꝓuocaret Qd̄ uir ſanct⁹ de cella ꝓ
ſpiciens · et lapſum diſcipuloꝝ metuens · inuidie
locum dedit · et ordinatis fratribus et rebus eccle
ſie inde receſſit Sed florentius p̄ſbiter ſtans ī ſo
lario cum eum receſſiſſe cognoſcēt et gauderet re
pente ſolarium cecidit et eum occidit · Reuerſus
autem cum quadam nocte cenaret · monach⁹ qui
dam filius defenſoris lucernā ei tenens cepit ītra

ſe cogitare dicens· Quis eſt hic cui ego mādu-can
ti aſſiſto lucernam teneo· ſeruitiū impendo Quis
ſum ego & quis eſt hic ut ei ſeruiam· Cui ſtatim
ſāctus ait· Signa cor tuum frater· quid eſt qđ co
gitas· Vocatiſq; fratribus· iuſſit ei lucernā đ ma
nibꝰ tolli· & ipm a miniſterio recedere· & quietū
ſedere· Qui requiſitus a fratribus quid cogitaue
rat· cūcta dixit· ¶ LVII ¶ De monialibꝰ poſt
obitum abſolutis & monacho terore draconis ad
monaſteriū reuocato·

NOn longe ab eius monaſterio due ſancte
moniales erāt ex nobili genere· que illuz
qui eis ſeruiebat quotidie cōtumelijſ pro
uocabāt· quod cum diutius toleraſſet· retulit ſan
cto benedicto· & ille eis mādauit dicens· Corrigi
te linguā veſtrā· quia ſi nō emēdaueritis excōmu
nico vos Quā excōmunicatōnis ſentētiā non ꝓfe
rendo· ſed intentādo dixit· Ille vero nichil corre-
cte· poſt paululū defūcte & ī eccleſia ſepulte ſūt
Vbi dum miſſe celebrarentur· & dyaconꝰ ex mo
re diceret· qui non communicat exeat foras· nutrix
earū que ſēp ꝓ eis offerebat quotidie eas de ſepul
cris extra eccleſiā exiē videbat Qđ cū ſācto bene
dicto cum lacrimis retuliſſet· ille manu ſua panez
dedit ei quem offerret dicens Vade & ꝓ eis hoc
offer· & vltra excōmunicate non erunt· Qđ cū
factum fuiſſet· & dyaconus ex more clamaret· il
le de eccleſia nūꝗ̄ deinceps exierūt· Quidā iuue-
nis monachus leuitate mentis in monaſterio ma-
nere non valens ſācto viro tandiu inſtitit donec
iratus eum abire ꝑmiſit· Qui mox ut de mōaſte
rio exijt cōtra ſe aſſiſtere repente apto ore dracōz
in via inuenit· Quem cum deuorare vellet· cepit
tremere & magna voce clamare dicens· Currite
currite· qꝛ draco iſte me appetit deuorare· Et cur
rentes fratres draconem non viderūt· ſed tremen
tem monachū ad monaſteriū reduxerūt· Qui ſta
tim ꝓmiſit· nūꝗ̄ ſe de monaſterio receſſurū Sācti
quippe ꝑcibus draconem cōtra ſe viderat· quem
ꝑus male ſequi volebat· ¶ LVIII ¶ De multi
plicatōne olei & trāſitu ſācti benedicti·

QVodā tempore fames magna totā ꝓuin
tiam fatigabat· & ſāctus ita omnia q̄ ha-
bere poterat diſtribuit· ꝙ nichil in mona
ſterio ꝑter modicum olei in vitreo vaſe remāſit·
quod cuidā petenti ꝓtinus dari iuſſit· Sed cum
cellerarius non dediſſet· timens ne nichil fratribꝰ
remaneret· iratus vir dei iuſſit alijs ut hoc ipſuz
vas uitreum cū oleo ꝑ feneſtrā ꝓijcerent· ne quid
in cella ꝑ īobediētiā remaneret Proiectū itaq; ſu
ꝑ ſaxa· ita cecidit ſuauiter ac ſi māſuete locatū fu-
iſſet· quod vir dei iuſſit leuari· & dari integrum
poſtulanti· & vocatis fratribus monachū illū in-
crepās ſimul cum illis orauit· & ſtatim quoddam
doliū quod ibi erat vacuū repente oleo inuentum
eſt plenū· Tandem āte ſextū obitus ſui diem· iuſ
ſit ſuam fieri ſepulturā· & ſtatim febribus fatiga
tus ſingulis diebus ingueſcente lāguore· vij· die
fecit ſe ferri ad monaſteriū· Et cum cōmunicaſſet
orādo migrauit ad dominū Ipā die duo fratres ī
diuerſis locis manentes· uiderūt uiā pallijs & ce
reis ſplendidā· a cella ſācti benedicti uerſus oriē
tem uſq; ad celum tendentem· Cui venerādo ha-
bitu vir deſuper clarus exiſtens· cuius eſſet via
quā cernerent inquiſiuit· Qui cum neſcire ſe dice
rent· Hec eſt inquit via qua dilectus dei benedi-
ctus aſcendit· ¶ LIX ¶ De quibuſdā inciden
tibus illis temporis· ¶ Sigibertus·

ANno quoq; ꝑnotato corpus ātbonij mōa
chi diuina reuelatōne inuentū et alexādri
am delatū eſt· ſcilicet āno domini· d·xxix
Anno iuſtiniani· iij· in africa quidā orthodoxi epī
linguis ſibi abſciſis radicitus· a wādalis· poſtmo-
dum clare loquendo miraculo multis fuere· Qđ
miraculū vnus eorū auxit· qui in elatōnem uerſuſ
ſtatim dei dono ꝑuatus obmutuit· ¶ Actor·
Hec ſigibertus· Gregorius tamen in dyalogo di
cit· ꝙ vnus eorū in luxuriā lapſus mox dono mi-
raculi eſt ꝑuatus recto dei iudicō ut qui cōtinen
tiam carnis ſeruare neglexerat· ſine lingua carnis
non habēt verba uirtutis Sed forte duo fuerunt
quorū unus uerſus eſt in elatōnem alter corruit in
libidinem· et uterq; ꝑdidit miraculi uirtutē·
¶ Sigibertus. Anno ſequenti clodoaldus filius
lodomiris rgis· fratribus ſuis olim īpie a patruo
ſuo lothario extīctis· mūdanam nobilitatem trāſ
ferens ad nobilitatem diuine ſeruitutis in clerica
li gradu ꝑminuit exemplo ſanctitatis LX ¶ De
uita ſancti clodoaldi ꝑſbiteri·

¶ Ex geſtis eius

ITaq; patrimoniū quod ei de iure heredi
tario obuenerat a patre ditiſſimo· lauda
bili liberliatate īdilgētibꝰ curabat diſtri
buē Corpuſculum quod regio cultu ī biſſo et pur
pura enutritum fuerat· vilis indumenti aſꝑitate
domabat. et qui dudum dormire niſi in pluma pre
nimia teneritudine neſciebat· ſuꝑ nudam humuz
tectus cilicio dulcem ſomnū capiebat· Tandem
deliberauit· apud ſe plauſus hominū ſibi fauenti
um· et opus ꝑclarum tantūmodo diuino amore
patratum· uanis et humanis laudibꝰ extollentiuz
deuitare et declinare· et regionem longe poſitam
que ꝓuintia nūcupatur adire· ut ibi quaſi ignotꝰ
in cepto ꝓpoſito poſſet deo ſeruire· Sed quia nō
poteſt lucerna latere· poſitꝰ in eadem regiōe ma
gno emicuit virtutum fulgore· Deniq; ꝑabꝰ fu
gabat demones de obſeſſis corꝑibꝰ· aꝑiebat ora
mutorum reddebat cecis viſum· ſurdis auditum
claudis greſſum· et cūctis ex fide poſcentibꝰ dei
clemētiam impetrabat opem ſanitatis· Sed nec il
lud duco tegi ſilentio quod claruit eius dono· cū
in ꝑte ꝑfate regionis cōſtrueret domum oratōis·
pauper quidam venit et elemoſinam ab eo dari ſi
bi popoſcit· Vir autem dei cum in ꝑſenti nō habe
ret quod indigenti daret· cucullam qua induceba
tur dedit Qua pauper accepta receſſit· et ī domū
cuiuſdam fidelis hoſpitandi gratia uenit· Qui
cum ſe poſt cibum et potum ſopori dediſſet· ma
gna iam trāſacta ꝑte noctis paterfamilias de no
cte ſurrexit· ac domū ſuam claro lumine ſplende
re uidit· Qui ilico ſue cōiugi excitate a ſōno nar
rare curauit Illa uero rem inuſitatam intuens di
xit Aliquid muneris diuini· ꝑegrinꝰ hic qui a no
bis ſuſceptus eſt ſecū detulit Qui mane ab eis re
quiſitus· retulit eis qualiter cucullam loco mune
ris a ſancto uiro acceperit· Qđ factū ī illo loco ī
laude omnipotentis dei uulgi ore circūꝗ̄ eſt diffa
matū· et celebri ſermone uulgatū· Talibus donis
a deo honoratus ꝑiſius reuertit· et turba populo
rum gaudentiū excipit· ab euſebio epō ciuitatis
ꝑſbiter ordinatur· Condidit aūt monaſteriū in lo
co quodam nomine nouigento quod eius et noīe
pollet et merito· Migrauitq; ad dominū· vij· idus
ſeptembris ¶ LXI ¶ De ſancto agapito papa

ANno iuſtiniani ſexto ·theodatꝰ rex ytalie
& oſtrogothoꝝ · reginā amalſiũdam q̄ ſe-
cum eum in regnũ aſciuerat exiliauit ·ea-
qꝫ non multo poſt in balneo ſtrāgulata iuſſu the-
odati ·ſolus ſup oſtrogothos anno ·j· regnauit ·
Qui ſciens ꝓ hoc irā ſe īpatoris incurriſſe ·agapi-
tum papā cōſtantinopolim miſit ꝓ impetrāda hu
ius facti impunitate· ¶ Ex libro pontificaꝫ · Hic
agapitus in ortu epātus ſui ·libellos anathematiſ
quos inuidie dolo extorſerat bonefaciꝰ pſbiteris
& epis cōtra canones & cōtra dyaſcoꝝ in medio
eccleſie cōgregatis omnibus incendio cōſūpſit &
abſoluit totā eccleſiā de inuidia pſidoꝝ Hic miſſꝰ
a theodato rege gothoꝝ ad iuſtinianũ auguſtum
in legatōne in ābulauit cōſtātinopolim · & cũ glo-
ria ſuſceptus eſt· Et pmum cepit habere altricati
onē cum auguſto piiſſimo impatore de religione
Cui reſpōſũ reddidit de dño hieſu xp̄o dō & hōi
ne ·hoc eſt de duabꝰ naturis in vno xp̄o · Et dum
intentō verteret̄ ita dominꝰ affuit ·ut epm cōſtā
tinopolitanũ nomine ātenīũ inueniret hereticum·
Et cum intentō verteret̄ cuꝫ auguſto & agapito
papa ·dixit ei impator· Aut cōſenti nobis ·aut ex
ilio te deportari faciā · Tũc beatus agapitus re-
ſpondit cũ gaudio· Ego quidem peccator ad iuſti
nianum impatorem xp̄ianiſſimũ ōſideraui venire
nunc aũt dyoclecianum inueni ·attamen minas tu
as non pertimeſco · Et ut ſcias te ydoneũ non eſſe
religioni xp̄iane epus tuus non cōfitetur duas na
turas in xp̄o · Tũc ex pcepto auguſti accſito epo
antenio· & diſcuſſione patefacta ·nunq̄ confiteri
voluit duas naturas in vno domino noſtro hieſu
xp̄o · Quē cōuicit ſāctus papa agapitus · & glori
ficatus eſt ab omnibꝰ xp̄ianis Tunc impator gau
dio repletus ·hũiliauit ſe ſedi aplice Et adorauit
beatiſſimũ agapitũ · Eodem tempe amouit āteniũ
a cōmunione · & expulit in exilio · Tunc piiſſimus
auguſtꝰ rogauit agapitũ ·ut in locum ātenij epm
catholicũ cōſecraret nomine menā · Ipſe vero pa
pa omnia obtinuit ex qua cauſa directus fuerat ·
Poſt dies vero aliquātos egritudine cōmotꝰ ·dfũ
ctus ē cōſtātinopoli x ·kł· maij · Cuius corpus in
loculo plũbeo trāſlatum eſt uſqꝫ baſilicā beati pe
tri apłi vbi & ſepultus eſt ·xij ·kł· octobris ·

¶ LXII ¶ De ceteris viris illuſtribꝰ illius tem
poris & de ſācto medardo ſueſſionenſi ·

¶ Sigibertus ·

EO tempe florebāt in gallia theodoricus
abbas diſcipulꝰ ſācti remigij · & theodul
fus abbas diſcipulꝰ ipſiꝰ theodorici · Fra
tres quoqꝫ ugemini · vno & eodē die nati · & pōti-
fices cōſecrati ·medardus ad titulũ nouiomēſem
gildardus ad rothomagenſem · & vno die abſolu
ti a ſeculo & aſſūpti a xp̄o · Germanꝰ quoqꝫ pariſieñ
Porro ſāctus medardus ſedem epalem que priꝰ
erat vermādis ꝓpter eiuſdē ſubuerſionem trāſtu-
lit nouiomū · Ipſe etiā poſt dceſſũ ſācti eleutherij
thornacenſis epi regendā ſuſcepit thornacenſium
eccleſiā · In ytalia quoqꝫ clarebāt epiſcopi · ſabinꝰ
camiſinꝰ ·caſſius narmenſ · fulgentiꝰ vtercolenſis
cerbonius populonij · ¶ Actor · De ſācto gildar
do nichil aliud reppi · ꝙ quod hic dicit̄ · Nam nec
in legenda ſācti medardi fratris eius aliquid d̄ eo
legitur ·quod valde mirũ eſt · In qua legitur ꝙ ſā
ctus medardus natus eſt in territorio viromādē
ſi filius nectardi ·de forti frācoꝝ genere · & ꝓtha-
ſie romane · Cum forte caſulā quaꝫ ei genitrix ſua
dederat ferret ad ātificem ·dedit eā cuidā ceco ſi-
bi obuiāti · Similiter quoque ad eſcā accipiebat ·duꝫ
gregem porcoꝝ paſceret egenis dabat ·ipſe d̄ die
egens · Cũ adhuc eſſet puer in ſcolis · pdixit cuidā
compi ſuo eleutherio · ꝙ in actōne publica comiti
uam aſſumeret · & cum ·xxx· ānoꝝ foret futurus
pontifex eſſet · Qui poſtea factus eſt epꝰ thorna
cenſis ſm hoc verbũ medardi · vj ·idus iunij trāſi-
uit ad dominũ · In cuius trāſitu vidit willachariꝰ
pſbiter celos apertos ꝑſus & āte corpus ſācti di
uina micare luminaria · videntibꝰ cũctis qui ade
rāt p tres horas · Mox in terrā grande fluxit dilu
uium ·pluuia nimis calida de celo cadente · Floru
it tempe lotharij regis · ¶ LXIII · ¶ De ſancto
germano pariſienſi ·

SAnctꝰ vero germanꝰ territorij auguſtu
dunenſis indigena fuit · patre eleutherio
matre euſebia · Que ꝓ eo ꝙ hũc poſt alte
rũ infra breue ſpaciũ cōcepiſſet pudore mota mu
liebri cupiebat eũ āte ptũ extinguere · Et accepta
potōne vt eum extingueret ·dum ei nocere nō poſ
ſet · incubabat in uentrem ·ut vel pondere pfocaēt
quē venena non lederēt · Hēbat ſociũ ſtracidium
cuius mater ut hereditateꝫ germani accipet · filio
ſuo tempatā potōnem in āpulla cōdidit & vinuꝫ
in altera · precipiēs puelle ut venientibꝰ e ſcola ā
bobus ·illi porrigeret vinũ & illi maleficiũ · Illa ig
norāter mutauit piter & ampullas & pocula · &
illi dedit maleficiũ ·huic aũt vinũ · Cui ſtracidio
ſolicite impenſo ſtudio · & ſi mors vitā non abſtu
lerit tamen ſignũ mortis infixit · Germanꝰ a vene
rabili pontifice nectario abbas aſciſcit̄ ad ſāctuꝫ
ſimphorianũ · cuius bonis opibus inflamatꝰ epꝰ ·
eum in cuſtodia truſit · Cui nutu diuino apiebat̄
ergaſculũ ·ſed tamen non inde exibat niſi ſupplex
& epiſcopalis daretur preceptō · Cui incendium
fortuite accidiſſet · rapta de foco cucuma · aſcen
dit germanus ſup fabricam cōcinēs alleluia · fūdēſ
qꝫ paululũ aque in modũ crucis reſtinxit incendia
Kariulfus quidam frācus res eius inuaſerat · quē
uindicauit urſus ſingulis diebus tres equos eius
deuorans · & damnũ ſemp triplicans donec ille re
ſipiſceret · Anna uxor ebronis · ingrediēte ad eam
germano ait · Ecce beatus germanꝰ cornuta facie
michi uidetur incedere · Ebro vero eodem die ſed
re iuxta ſāctum nullatenꝰ preſūpſit · honoris cau
ſa piter & terroris · Credimus aũt ꝙ ꝓ colloquio
domini ſicut moyſes meruit · ſanctꝰ iſte cornutꝰ
videri ¶ LXIIII ¶ De ꝓmotōne eius in epiſco
patum & miraculis eius ·

ANte ·iiij ·annos ꝯgnouit ſe futurũ epiſco
pum · Vidit enim in ſopore a quodam ſe
ne claues porte pariſiace ſibi porrigi · & in-
terrogans cur hoc fieret · accepit reſponſũ ut ſaluas
facēt animas · Ac poſt ciuitatis eius epiſcopo de-
cidente ·dum regi hildeberto occurreret ·mox ele
ctus eſt in epiſcopũ · Factus epus ꝓ victoria ſic
ſatagebat corpis ·ac ſi ſimul acceſſiſſēt dignitas &
neceſſitas · Cum de baſilica ſancti martini ad uillā
ſancte eccleſie ſeueriaco recurreret ·adiūgit in iti
nere quēdam amantiũ iuuenē quem deprehendit
a iudeis duci in vinculis · quia ſe recuſaret legibꝰ
ſubdi iudaicis Tunc diſſimulabant cũ claue iudei
vincula ferri reſerare · facto a ſancto uiro deſup
crucis ſignaculo mox ferri ſera euellitur · Itidem
cum pariſius ad baſilicā ſāctorũ geruaſij & ꝓthaſij
orandi cauſa pcederet · ianuis obſeratis igreſſus

illi negatus eſt · Tunc requiſitis clauibus nec ip-
ſis aparentibꝰ · ſic reſerauit peſſuluȝ facto crucis
ſignaculo · Quid plura · Quacūqȝ pontifics ſe cō-
uertit preſentia · nulla morboꝝ generibus defuit
medicina · Ante quē etiam demones non tolerātes
eius p̄ſentiam · terribili ullulatu ſua gemebāt īcen-
dia · Et cum pedem efferret de domo vel eccleſia ·
vndiqȝ ſtrages demonū āte tanti pōtificis ac tri-
umphatoris obtutū cadebant circa ſācti ceterua-
tim veſtigia diuerſis modis effuſa · hec muta · illa
clamātia · illa fixa · hec lubrica · & velut ante iudicē
dum geſta referrent · ꝓpria non effugiebāt tormē-
ta · Sed ad ſācti ꝑconiū quāta eſt hec laudatō · cū
ineffabiliter multa & ſtupenda fierent ſub momē-
to · ¶ LXV ¶ De moribus & obitu eiuſdem

Eterū elemoſinis quātū ꝓdigus fuerit ex-
plicari non poteſt · Qui frequenter cōten-
tus vna caſula vel tunica · quidquid erat
reſidui nudum paupem ueſtiebat · ut inops calefi-
eret largitore algente · Quāta etiā fuit in eo redē-
ptōnis effuſio · cum ad nomen beati cōcurrerent ·
vndiqȝ liberādi iugo ſeruitij · Cum vero aliquāte-
nus nichil eſſe p̄ manibus · triſtis ſedens & anxiꝰ
ſeuerior in vultu · auſterus erat alloquio · Tunc
ſi fortaſſis ab aliquo inuitaretur ad prādium com-
pellebat cōuiuas aut miniſtros ꝓprios ut cōferē-
tes p̄iter vnde vel unū captiuū ſeruicio libeārēt ·
Quis vero digne repetat · quāta virtus verborū
ab eius ore rotabatur · cum p̄dicaret in populum
ut omni literature naſceretur ſtupor & fieret in
cōmune generalis cōpūctō · atqȝ ex ore dicētis cre-
deres ut formarentur verba ab āgelo · dum pluſqȝ
homo loqueretur trāſlatus in mentis exceſſu · cuȝ
abraſ maculis ſinceritate dogmatis pectora ple-
bis cogeret diuinis effragrare pigmentis · Qui e-
quitans in itinere ſemꝑ de deo aliquid · aut vēbo
cōtulit · aut cātauit · curſū nudo capitate ducens
eciam ſi nix aut imber urgeret · Cū vero veniſſet ad
menſā · cōſeſtim affuit recitans miniſter diuīa col-
loquia · ut inter cibi fercula animi paſtu alimēto
plus ſaturaretur cōuiua · Nullū tempus interpo-
lās · qu o non aut alij ꝓdeſſet aut ipe nō ꝓficeret
Diem aūt obitus ſui hoc modo p̄dixit · āte aliquot
dies vocans ad ſe notariū ſuum · impat in cubicu-
lo ſup lectum ſuū ſcribere hoc tācūmodo · v · kl' ·
iunij · Sed ne ſcientibus omnibꝰ quid hoc eſſȝ · po-
ſtea ſāctus eius diſceſſus de ſeculo manifeſtauit ·
nam neqȝ hoc idem familiari ſuo dominꝰ abſcon-
dere ꝑtulit · Deniqȝ eadem die poſt pactum ꝑliū
fere octogenarius migrauit ad chriſtū ·

¶ LXVI ¶ De ſāctis epiſcopis ſabino · caſſio ·
fulgentio & cerbonio · ¶ Ex geſtis eius ·

Orro · iiij · ſāctoꝝ quos in ytalia tūc tēpis
florere iam diximus · Horū p̄ ſenio ſabīꝰ
cecus erat · & ſpūm ꝓphetie habebat · qui
totiliam regem in illis ꝑtibus venientē ad prādiū
rogauit · Qui diſcūbere noluit · ſed ad dexterā ei-
us ſedit Et cum puer ex more vini poculū epiſco-
po porrigeret · rex ei poculū abſtulit & epō porre-
xit · Qui accipiens dixit Viuat ipa manꝰ De quo
verbo rex letus erubuit · Hūc ſabinū archidyaco-
nus eius veneno extinguere molitus eſt · Et cum
vnum ex pueris corrupiſſet · ille poculū veneni e-
denti obtulit · Cui ſāctus · Bibe tu quod michi bi-
bendum p̄bes · Qui tremefactus cū vellet bibere
ꝓhibuit ſāctus dicens · Non bibas · Da michi ego
bibā Sed vade dic ei qui illud tibi dedit · ecce ego
venenū bibo · ſed tu epūs non eris · Facto igitur
ſigno crucis · epūs bibit venenum ſecurꝰ · & eadē
hora archidyaconus in loco vbi erat mortuꝰ eſt ·
ac ſi ꝑ os epiſcopi ad eiꝰ viſcera venenū ꝑueniſſȝ
Caſſius aūt naruienſis epūs cōſꝑſam habebat fa-
ciem qd̄ rex totilia d̄ nimia potatōne putās ieſſe
deſpexit eum · Sed in naruienſi cāpo malignꝰ ſpi-
ritus vnum de eius ſpatarijs vexare cepit · quem
epiſcopus oratōne facta corā rege ſanauit · pꝰ qd̄
idem rex eū in magno honore habuit · Fulgentius
autem vtricolenſis epiſcopꝰ eūdem regē totilam
valde infenſū habebat · Qui cum ad eaſdem ꝑtes
ꝓpinquaſſet · epiſcopꝰ illi ꝑ clericos ſuos munera
miſit · ut eum mitigaret Quod ut ille vidit ꝓtinꝰ
ſpreuit · & iratus iuſſit epm̄ teneri · & ſub omnī
aſpertate conſtringi · eumqȝ examini eius reſēua-
ri · Tunc gothi circūdantes epm̄ vno in loco ſtare
preceperūt · eiqȝ in terra circulū deſignauerunt ul-
tra quem pedē tendere non audēt · Cunqȝ vir dei
ſole nimio eſtuaret · ab eiſdem gothis circūdatus
& circuli deſignatōne incluſus · repente coruſcꝰ
& tonitruus & tāta vis pluuie erupit · ut hi qui
eum cuſtodiebāt īmenſitatem pluuie ferre nō poſ-
ſent · Intra vero eūdem circulum nec vna pluuie
deſcendit gutta Quod dum regi crudeliſſimo nū-
ciatum eſſet · illa mens effera ad magnā epiſcopi r-
uerentiā uerſa eſt · Cerbonius hoſpitalitatis ſtu-
dio valde intentus · quoſdā milites trāſeūtes hoſ-
pitio ſuſcepit · quos gothis ſupuenientibꝰ abſcō-
dit · Quod cum totilia audiſſet · iuſſit eum a dduci
ad ſe · & urſis ꝓijci ad deuorādum populo inſpe-
ctāte · Dimiſſꝰ urſꝰ īmāiſſiꝰ ex cauea ꝓcitꝰ petijt
epm̄ · Ad quem cum ꝓueniſſet · ſtatim ſue ferita-
tis oblitꝰ · deflexa ceruice & ſūmiſſo capite · cepit
lābere pedes eius Tunc populus cū ipo rege ī illi-
us admiratōnē & reuerētiā cōuerſus eſt De his ·
iiij · epiſcopis narrat beatus grego · in li · dyalogo-
rū · iiij · ¶ LXVII · ¶ De obitu ſācti benedicti
& legatōne ſācti mauri in galliam ·

Nno iuſtiniani · ix · elōpado ꝑempto erari-
us oſtrogothis regnat anno j Que rurſꝰ
ꝑempto · totilia qui etiam balduilla regt
annis · xj · Qui mox ytaliam inuaſit · & a ſancto be-
nedicto ventura ſibi audit Hoc anno quidam di-
cunt ſāctum benedictū obiſſe · ¶ Helinandus ·
Eodem anno quo mortuus eſt ſanctꝰ benedictꝰ ·
miſit ipſe beatū maurum in gallias ad edificāduȝ
monaſteriū accepta legatōe a beato bertricanno
cenomānenſi epiſcopo cum · iiij · monachis · fauſto
ſimplicio anthonio · cōſtantiniano · dicens ad eos ·
preſentior uobis ero carnis onere depoſito · ue-
ſtriqȝ ꝑ dei gratiam coopator aſſiduꝰ exiſtam Et
hec dicens ait · fauſtus dans oſculum nobis ꝓſecu-
tus eſt nos cum omni cōgregatōne uſqȝ ad por-
tam monaſterij · Et rurſus oſculans nos · & bene-
dictōe ſup nos tradita · dedit ſancto mauro libꝝ
regule quam ipſe ſanctꝰ manu ſua ſcripſerat · &
pondus libre panis · & ereū vaſculum eminā vini
capiens · Cum autem iuga alpiū trāſierēmꝰ · famu-
lus noſter ſergius de equo cui inſederat ſup ima-
ne ſaxum ſiniſtrorſū cadens pedem ſibi attriuit ·
Quem beatus maurus ſiniſtra manu pedem eius
tenens · & dextera ſignū crucis faciens & orās ili-
co ſanauit · Exinde cum eccleſiā ſanctorū martirū
mauricij ſociorūqȝ eius ingreſſi eſſemus · cecꝰ qui-
dam ad portam eccleſie ſedēs & mēdicās adiurās
ſanctum maurum ꝑ ſanctos martires ſanatus ē ·

Hic cecus linus nomine xj. annis eccleſiā illam fre quentauerat ⁊ ut ab ipo cōpimus tam pſalteri= um ꝙ omnia officia nocturna ⁊ diurna audien= do didicerat. Cui ſanato ꝓcepit ſanctus maurus vt ibi iugiter deſeruiret. Quod ⁊ fecit. clericat⁹ officio in ea functus poſtea. Cum aūt nocte q̄daꝫ iuxta eccleſiam ſancte dei genitricis marie in locis hoſpitaremur viribus mulieris cuiuſdā uidue cemeie nomine filius adoleſcens ex defuncto nup viro ſuſceptus morti ꝓximus a ſancto mauro ſa natus eſt. Qui ſanatus dicebat mauro. Vere tu ille es. qui me tuis lacrimis ⁊ meritis a tribunali de quo iam triſtem accepam ſententiam. quia iam incendioſis deputatus eram locis. ſup his reuoca ſti. Die cene domice antiſiodoꝝ veim⁹ Die paſce ue hora. vj. veni⁹ ad mōaſteriū ſancti romani mo nachi. qui p reuelatōnem gallias petēs cenobium cōſtruxerat in pago atiſiodorenſi in loco qui fōs rogi dicitur. officio ſolenniter eo die adimpleto di xit maurus ad romanū. Craſtina die beatus bn̄= dictus migrabit ad dominū. Craſtina igitur die tranſacta iam hora tercia beatus maurus in oratio ne raptus in ſpū uidit illam uiā pallijs ſtrataꝫ ⁊ horuſcam lampadib⁹ p quā beatus benedictus celum aſcendebat. quā uiderūt cum eo duo egre gatōnis noſtre fratres ex quibus vnus in noſtro morabatur cenobio. alter longius poſitus vidit. Secūda feria paſche a romano diſceſſimus.

¶ LXVIII ¶ De inſtitutōne ſanctoꝝ fauſti ⁊ mauri ſub beato benedicto. ¶ Actor.

Huic ſancto uiro benedicto pfatus maur⁹ oblatus eſt ut legitur duodēnis. māſitq3 cum eo. xx. ānis et cōmoratus ē in mona= ſterio qd ipe edificauit. xl. annis ⁊ dieb⁹ xxxvij. Qui ſimul ſūt āni. lxxij. dies. xxxvij. Huius vitaꝫ ſcripſit pmo fauſtus monachus beato benedicto a pentibus ſeptēnis traditus. in cenobio qd idem ſanctus edificauit in caſſino. Cuius fauſti ꝓpoſitū beatus benedictus ſepe expiebat in iūgendo ei ī= poſſibilia ⁊ impoꝛtabilia. Hic fauſtus poſt moꝛ= tē ſancti mauri reuerſ⁹ ad ſuū mōaſteriū cōpulſ⁹ eſt ab omnibus fratribus caſſinenſis cenobij. ⁊ p̄ pcipue ab abbate ſancto theodoro. qui tercius poſt ſanctum valentinianū ꝓlixiori tempe lateranēſi re xit cenobium. ut vitā beati mauri ſcriberet. Quā poſtq̄ ſcripſerat bonefacō pape oſtendit Qui eā aꝓbauit. ⁊ auctoꝛitate ſua cōfirmauit. Hic ita= q3 maurus generis ſenatorij patre enicio matre iulia natus eſt. Frequenter eum vidimus in. xl. ait fauſtus. nec cuculla nec tunica ſed tm̄modo ſacco vti cilicino. ⁊ duabus tātum uicibus in ebdoma= da puſſimū cibum ſumere. qui mos in omni vita ſancto benedicto fuit. Reliquo totius anni tēpoē ſub monachali tunica ſemp aſprimo a ſcapulis uſ q3 ad renes induebat troglo. eiuſdem ſubtegmi nis in ſtratu ſup aggeſtum calcis ⁊ ſabuli recum bens tātūmodo excepto quadrageſimali tempoē uſus ſemp cilicio. Tūc enim quātū poterat ſolici te ſatagebat. non iacendo ſed potius ſtādo vel cū nimiū laſſus erat ſedendo doꝛmire. Nemo unq̄ uidit illum de lectulo cum ceteris fratrib⁹ ſurge re ſed ſemp vigilias puenire ꝓcurabat. plerumq3 quinq̄genos ſepe centenos pſalmos nōnūq̄ totuꝫ pſalterū ante nocturnos cōſūmas. exceptis dum taxat horarū ſpacijs quibus cū lacrimis ⁊ gemi tu orabat. Silentio vero ac lectōni aſſidue uaca bat ut ꝓ hoc etiam ipi ſancto benedicto admirabi lis haberetur. Plerūq3 ſanctus benedictus in con uentu fratrū ſuppſſo eius nomine taꝫ q̄ de alio uir tutes eius narrabat. Hic beatus benedict⁹ nigrū puerulum qui monachū foras trahebat p veſtim ti fimbriam uirga eūdem monachū pcutiendo ab eodem eiecit. quē beatus maur⁹ vidit. cū pompe ianus abbas eius uidere non poſſet. Hic ipe mau rus ſup aquā cucurrit poſt puerū placidū tertul lij patricij filium. Abeūte quadā uice beato bene dicto ad quēdam nobilem ut uxorem eius ⁊ fili um nup ſuſceptū a demonio pter vexatos libera ret. maurus remāſit uicem gerens ꝓpoſiti. Qui re diens ad horā refectōnis. vj. cū fratribus de fru gibus colligēdis. inuenit ad poꝛtā mōaſterij clau dum ⁊ mutū puerulū. quē ſanauit matre impetrā te ponens ſup caput infirmi ſtolā qu am illo āno iuxta moꝛem gratia ſanctitatis indeſinenter fēbat ⁊ ſignū crucis faciens dixit. In nomine ſancte tri nitatis. adiut⁹ meritis ſanctiſſimi magiſtri nr̄i. ſta ſanus ⁊ incolumis ſup pedes tuos rectuſ ⁊ loq re. ⁊ deinceps beatus benedict⁹ cepit eum uene ratōne habere

¶ LXIX ¶ De theophilo vicedo mino ⁊ cirographo quod dedit dyabolo

¶ Sigibertus ex mariali

Eo tempore factum eſt miraculum ī theoꝛ philo Hic theophilus fuit quidam ī vna ciuitate ciliciorum ſancte eccleſie vicedo minus moribus ⁊ cōuerſatōne pcipuus. quiete ⁊ moderate ad eccleſiā ptinentia optime regens. Qui affectualiter a populo ⁊ clero dilect⁹. mor tuo eiuſdem ciuitatis epo in epm eſt electus Sed cū plurimū reniteretur. cōteſtās ſe indignū tāti honoꝛis officio. vi ad metropolitanū epm perdu ctus. ab eo cum gaudio eſt ſuſceptus. ⁊ ut volū tati plebis aſſenſū pberet cōmonitus. Vidēs aūt eius nimiā in renitendo cōſtātiā dimiſit eū. ⁊ ali um in loco eius ad epatus ꝓmouit officiū. Porro oꝛdinato epo cum ad ꝓpriā remeaſſet ciuitatē. qui dam de clero inſtigauerūt epm ut amoto illo ali um eccleſie oꝛdinaret vicedominū Quo facto cal lidus hoſtis ⁊ inuid⁹ immittens ei vicedn̄at⁹ zelū. ⁊ abitōnis emulatōnem. intantum eū ſeduxit vt etiā maleficoꝝ poſtularet auxiliū Itaq3 cū ingenti deſiderio abitōnis ureretur ad quendā acceſſit in ciuitate iudeū dyabolice artis opatoꝛem nequiſſi mū. qui iam ī infidelitatis ⁊ pditōnis foueā mul tos imerſerat ac genibus eius ꝓuolut⁹ ait. Que ſo te adiuua me. quoniā epus me⁹ me ad oꝓbriū adduxit. ⁊ hec ⁊ hec in me fecit. Reſpondit ille. Proxima nocte ueni ad me. ⁊ ducaꝫ te ad patro nū meū. qui ſubueniet tibi quomō uolueris Quo facto. duxit eum ad circū ciuitatis. ⁊ ait. Quod cūq3 uideris. vel quecūq3 ſonum audieris ne ter rearis. Signū quoq3 crucis nullo modo tibi impo nas. Illo hoc ita ſpondente. ſubito oſtendit ei al bos clamidatos. cum multitudine cādelabroꝛum clamātes. ⁊ in medio pꝛincipem ſedentem. Erat enim dyabolus ⁊ miniſtri eius. Tenens aūt iude us manum theophili. duxit eū ad illud flagicōſū cōſilium. Et ait ei dyabolus. Vt quid nobis hūc hominē adduxiſti. reſpōdit ab epo ſuo piudicatū ⁊ veſtrum auxiliū poſtulātē. Cui dyabol⁹ Qua le adiutoꝛium dabo homini ſeruienti deo ſuo. ta men ſi ſeruus me⁹ eſſe cupit. ego illi ſubuenio ita ut pl⁹ facere poſſit q̄ pus ⁊ impare omnib⁹ etiā epiſcopo. Audiens theophilus. ſpopondit oīa ſe facturū que diceret. cepitq3 oſculari pedes ei⁹

& rogare eum · Qui ait ad iudeum · Abneget fili
um marie · & ipſam · quia odio michi ſūt & firmet
ſcripto ſe ꝑ omnia utrūqꝫ abnegare · & poſt hec
quecūqꝫ uoluerit a me impetrabit · Tunc reſpon
dit theophilus · Abnego xp̄m & matrem eius · fa
ciensqꝫ cyrographum · impoſita cera ſignauit anu
lo ꝓprio Et abſceſſerūt cum nimio ꝑditionis gau
dio · In craſtino aūt ep̄us diuina ut reor ꝓuiden
tia motus · remoto vicedomino quē turpiter pro
mouerat · hūc cum omni honore reuocauit · & du
plo ꝙ āte fuerat dn̄uo ſublimauit · ita ut peccaſſe
ſe clamaret ꝙ tam ydoneā ꝑſonam alioꝝ delatōni
bus eieciſſet · & illū inutilem ꝓmouiſſet · Reſtitu
ſoꝛor erat haymonis patris ſācti ſāſonis·& vm=
bꝛafel patris ſācti magloꝛij·Hec ad monaſteriū
in valle que caruāna dicitur ſitū cui ſāctꝰ abbas
p̄ēdanus p̄erat·in vigilia ſācti paſche ad vigilā
dum & oꝛādum venit·vbiqꝫ ipa nocte eundē fili
um ſuū edidit·Quem brendanꝰ baptizās ſpūalē
filiū ſpūaliter educādū deiceps accepit & in lite
ris erudiuit·Qui licet etate tener·animo tamē foꝛ
tis erat·& ſtabili ḡuitate fūdatꝰ·igneū quoqꝫ vi
goꝛem coꝛpuſculi in ſe validū fēuere teſtabat̄·ita
ut dum eius ɔdiſcipuli p̄ nimio frigoꝛe ſtriderēt
dentibus·ille iam ſpū ferueus·omnibꝰ hoꝛis ca=
lebat in coꝛpe·ita ut ſimplo veſtimento cōtentꝰ·
cōtinue guttas ſudoꝛis emitteret· ¶ XCIIII·

¶ De inſula ꝓpter eius cōſeruatōnem miraculo
ſe factam·

ITaqꝫ moꝛe pueroꝝ ipē & ɔdiſcipuli ad litꝰ maris prexerūt·ut labo
rem diſcipline iocandi licentia releuarēt·
Sed cum ceteri ante inundatōnem maris cōtinue
eſtuantis fugerent & ludum relinquentes ad ſco
las redirent·puer ſāctus doꝛmiens ſup faſcē al
ge remāſit in litoꝛe·Cūqꝫ appinquaret mare mi=
nime eum tangens circūdedit nutuqꝫ diuino quā
tum circa eum creſcebat·tantū locus litoꝛis ſup
quē ille iacebat exaltabat̄·Tandē puer p̄ hoꝛro
re ſonitus fluctuū maris euigilās·dū circūſpiciēſ
neminem videret·cōdiſcipulos nominatim incla=
mare cepit·Cui cum nemo reſponderet·ait ſecū
Deus omnipotens·vbi nūc poſitus ſū ego·ne d̄
relinquas me ſed adiuua & ſalua Interea magi=
ſter ſolicite querebat a diſcipulis·vbi eſſet alūnꝰ
eius cariſſimus·Quibus reſpondentibꝰ eum vna
cum illis ad litus iſſe·ſeqꝫ illū doꝛmientem in lito
re vidiſſe·ſed vtrū poſt ibi remāſerit neſcire·ige
muit·& iam iminente veſpe cū ſcolaſticulis ſuis
ad litus maris prexit·Et ecce inſula nūq̄ ante vi
ſa·in ipo mari appuit·Quā cum iter ſe mirati fu
iſſent ceperūt circūquaqꝫ p litus & p vndas ma
ris intueri·ſi foꝛte cadauer pueri cōtingeret vide
ri·Quo facto·nocte iam inſtāte ad monaſteriū
redierūt·& intrātes eccleſiam exequias pueri q̄ſi
iā moꝛtui celebꝛarūt·Nec multo poſt pentes pu
eri ad brendanū miſerunt·ut filium eoꝛū ſibi ſa
num & incolumem redderet·qualem ſibi cū cōmi
ſerūt Tunc ſācto brendano inſtanter ea nocte ui
gilijs & oꝛatōnibus inſiſtenti·aſtitit angelꝰ domi
ni·& ait·Noli timere ſerue dei·quia puerꝝ de cu
ius interitu angebaris·deus omnipotens inter un
das illeſū cōſeruauit·Ecce enim ꝓ eiꝰ cōſeruatio
ne facta eſt ibi ppetua inſula vbi quieſcēdo ꝑmā
ſerat·Et ut hoc p̄mum diuine virtutis in eo d̄cla
ratū miraculū ppetuo teſtimonio cōmendet̄·ma
re quod quotidianis p̄us illic acceſſibꝰ adeſſe vel
receſſibus abeſſe ſolitū erat·nunc iuſſu dei tā ſta
bili ꝓfunditate eam inſulā circūcinget·ut nūq̄ in
de recedat·nec quiſq̄ abſqꝫ nauigio illuc pueni re q̄
at· ¶ XCV ¶ De pſalterio eius qd̄ in mare miſ
ſum ad ipm natauit·

TVnc ſāctus gratias agēs·mane cum fra
tribus ad litus abiȷt·Ibiqꝫ puerū in ſupi
oꝛi loco inſule odās dn̄o cōcinente pro
ſpexit·gaudenſqꝫ eum ſalutauit·Qui omnes ad
bn̄dicendū dominū inuitās·addidit Nunc ſaltem
vna die pmittit me pmanē·vbi dei pietas ſaluati
onis miraculo me dignata eſt illuſtrare·Sꝫ pſalte
riū meū ut mecū habeam efficite·& ſi non eſt effi
cacia quo ad me pferat̄·in mari illud ponite·Tūc
magiſtro illud in manu tenēte·& in mare mitten
te·faſcis alge ſup quē ille doꝛmiebat accurrit·&
ſup ſe pſalterium excepit·& ad ripam ſup quam
puer ſtabat aquis minime infectū ſuſtulit·In cra
ſtino aūt nauiculā ꝓ puero miſerūt·& eū ad mo
naſteriū adduxerūt·Tunc eius pentibus ait brē
danus·Nunc filiū veſtrum miſericoꝛdia dei ſanū
& incolumem ſicut ſtomochati mādaſtis recipite
Quod audiēs puer·lacrimabilit̄ ait·Magiſter ſā
cte et michi uenerād p̄ pentibꝰ·nōne cū euāgeliū
legētur·audiui te dicentem·Nolite vobis vocare
patrem ſup terram·Parentes itaqꝫ penitētes de
legatōne dure directa·& veniā flagitantes eum
cum magiſtro dimittūt & ad ſua redeunt·

¶ XCVI ¶ De igne quem in gremio tulit & eiꝰ
nauigatōne & electione ī epiſcopum

ERat aūt mos·ut unꝰ pueroꝝ ī hebdoma
da ſua ferret lucēnā āte magiſtꝝ adeūtē

noctu baſilicam·matutinalis officij cauſa· Aduе-
niente ergo ſeptimana felicis pueri·alij cōpes ſui
inſtigante inuidia reſtinxerūt focū quo accēſa lu-
cerna ire debebat·cupiētes eū ob hoc a magiſtro
verba ꝑpeti· Tūc puer quid ageret ābigēs abijt
ad officinam vbi ſicera fiebat·petens a cōfectore
ſibi ignē ꝑbei· Illo aūt nolēte imo pigritāte lum̄ ac
cendere·tandem ab anxiante puero· impoſiti ſūt
carbones in gremio illius·a quibus nil leſū eſt ve-
ſtimentum eius·reuerſuſqꝫ ad magiſtrū· reꝑperit
candelā iam ab angelo diuinitus illuminatā· Itaqꝫ
omni vita ſua virgo in ſeculū ꝑmanens· monaſti-
cum habitū induit· & celibem vitam duxit· Tan-
dem remotiorem locū ſibi querere deſiderās·quā-
dam ſiluam occeani nomine imā cū magiſtro ſuo
& ſocijs nauigio adire diſpoſuit·que ꝑadiſi deli
ciaꝝ ſimilitudinem habere dicebatᷣ· Parata itaqꝫ
naui cum omnibꝰ neceſſarijs·xcv.circiter fratreſ
hac & illac nauigando vagātes cū iſulā iuenire ne
quirent ·ad patriam redierūt· & multis ānis ela-
pſis·ſāctum machutē ꝑſepe miraculis coruſcantē
reges & nobiles illius ꝓuincie ad epatus apicem
vnanimiter elegerūt· ¶ XCVII ¶ De ſecūda ei
us nauigatōne & gigāte quem reſuſcitauit & ba
ptizauit·

QVi ſolenniter ordinatus ſacrū officiū ali
quādiu feliciter admiſtrās·naualibus ite
rum apparatibus inſtructis ad ꝑfatam iſu
lam in qua etiam celi ciues angelos habitare fe-
rebatᷣ·cum ſacro quondā magiſtro ſuo brēdano·
alijſqꝫ viris ſāctis aggreſſus eſt nauigare· In qua
nauigatōne pluribus ānis ꝑmeantes in āno· vij·
ſepulcrū mire magnitudīs in quadā inſula reppe
runt·mirātibus omnibꝰ ſi hūana ſtatura tantum
ſpaciū videretᷣ occupatum· Tunc beatū machu-
tem cui nichil apud deū impoſſibile fore credēbāt
ſāctus brēdanus cū omnibus fratribus depoſce-
bat·ut corpꝰ illud quodcūqꝫ tumulatū oratōne
ſua ſuſcitaretᷣ· Quod ipe ꝑmum expauit·indignū
ſe iudicās ad hoc impetrādum· Sed multis ꝑcibꝰ
magiſtri coactus ne inobediens ei videretᷣ·lacri-
mabiliter ſe in oratōne ꝓſtrauit· Quā cum audiē
tibus omībꝰ ꝯcluſiſſꝫ·ecce toto tremefacto tumu
lo ꝓcere & icōꝑabilis ſtature homo ꝓdijt · Inter
rogatus quis & cuius cōditōnis fuerit·gigantem
ſe nomine milduinū & ydolatrā fuiſſe reſpondit·
tormenta etiā que cū alijs ꝑditis in inferno ſuſti-
nuerat narrauit & quia meritis beati machutis i-
de ereptus ſit· Confitebatᷣ quoqꝫ xp̄m verū deum
& filium dei eſſe ·iudeoſqꝫ eius crucifixores cēti
es eterno incendio plus alijs incredulis cruciari
ſe vidiſſe · Tūc quoqꝫ deitatis ope ſe ſuſcitatū in
telligens ·vitam querebat eternā·aqua ſcilicet &
ſpū renaſci cernue efflagitās Sanctꝰ aūt epus eū
in fide plenius inſtruxit· & ſic eū baptizauit· His
pactis ſciſcitati ſunt ab eo·utrū inſulam quā que
rebant nomine imā·ipe maris incola noſcet· Qui
bus ille reſpondit·ſe imā inſulam olim cū ꝑ mare
āmbularet uidiſſe·omnibus inſulis nitore & delici
is ꝑſtantem· Introitus aūt inquit in ea nullꝰ mi-
chi apparuit· Credo inquit equidem me indignum
utpote gentilem·talia intrare nō meruiſſe menia
quoꝝ decorem mirabātur celi palatia· Tūc ſācto
epo petente ab eo·vt preuius ductor nauim eoꝝ
in eam ꝑtem dirigeret·ille rudentem qua nauis
anchora retinebatᷣ manu cepit·& quaſi cedria ꝓ
ceritate ſublimis ꝓfundū pelagi pedetentim gra
diendo ſulcās poſt ſe nauim trahebat·ſi forte eoſ
ad locū illum ducere poſſet· Sed rꝑetēte fretis fe
uentibus·inſanientibuſqꝫ vētis·oborta tempeſta
te cōtraria·cū non ualerent illuc ꝓgredi reuerſi
ſunt ad inſulam vbi gigantē ipm beatꝰ machuteſ
ſuſcitauerat· Vbi cū deo deuote ſeruiēdo mora
rentur cōtigit denuo ibi gigantem ex vita migra
re· Cuius inopinū obitū epus & ſocij eius admi
rantes ·animā eius deo fideliter cōmendauerunt
& corpus terre cōmiſerūt ¶ XCVIII ¶ De miſ
ſa quā ſuꝑ cetum in mari celebrauit·

DIffiſi vero a ſpe inueniendi iſulā quam q̄
rebant in patriam redire diiudicāt· Deni
qꝫ carinam a ſtatōne ſūmouentes illuceſ
cente ſacratiſſima die paſche circūſpiciētes·quaſi
modicam inſulā uiderūt·ad quā & applicuerunt·
Illic ſāctus machutes ſuggerentibus fratribus ·
miſſaꝝ ſolēnia belebrare cepit· Cūbꝫ fratres pſal
lendo miſſā canerent·ꝑuentū eſt miſſali ordīe uſ
qꝫ ad oratōnem dominicā tū ſubito tota illa que
videbatᷣ quaſi inſula cōmota eſt· Erat autē belua
ex his que cete dicūtur abiſſi incola·tante enor
mitatis & magnitudinis·vt crederetᷣ pauloante
ab epo & ſocijs eius inſula eſſe vel terre ſpacium
aliquod· Aduerterūt igitᷣ ſuꝑſtantes viuum aīal
eſſe· & exterritis omnibꝰ·ſeqꝫ iam mergendos·&
deglutiendos clamātibꝰ·vir dei fidens in domio
interritus ꝑſtitit·donec impleta miſſa fratrū catᷣ
uam cōfortare cepit·ꝓponens eis ionā ꝓphetam tri
duo in ventre ceti incolumē ſeruatū· diuinaqꝫ ad
eſſe ſuffragia·vbi ꝓrſus deſunt hūana· Tūc diffu
gientibus cūctis ad nauim·ſāctus vir in oratōne
ſe ibidem ꝓſtrauit inuocans deū·ut cetū illū cui
ſuꝑſtabat imobilem faceret·donec illa cōgregatō
fratrū illeſa tranſeūdo euaderet· Qua oratōne cō
pleta·belua virtute diuina quaſi rupes vel mons
facta eſt imobilis·donec ſanctꝰ machutes libero
poſt omnes de naui greſſu deſcēderet· Sicqꝫ lau
dantes deum·ꝓſpero curſu ad patriam redierūt
incolumes· ¶ XCIX ¶ De qbuſdā eiꝰ miraclis

CVm aūt ſanctus machutes in vigilia pa
ſche miſſam celebraret·tranſibant ante fo
res eccleſie uiri cadauer mortui portātes
quos ille uſqꝫ ad cōſūmatōnem miſſe ſubſiſtē mā
dauit· eaqꝫ expleta oratōnem omnibus circūſtan
tibus indixit·ꝓ ſuſcitatōne mortui· Cūqꝫ illo ſil
orāte mortuꝰ ſurrexiſſet·fatebatᷣ ſe ſitim feruidā
tolerare·hauſtūqꝫ vini ſibi ꝓximari cepit obſecra
re Sed quia vinū nuſqꝫ ꝓpe habebatᷣ·ꝯſpiciēs epi
ſcopꝰ vaſculū marmoreū·iuſſit ſibi afferri· Suꝑ
quod epali benedictōne edita· mutauit illud in
vas vitreum·aquā vero introfuſā vertit in vinū
Sicqꝫ vno die tria tam mirifica patrauit miracl'a
Mortuū reddidit viuū·marmor fecit vitrū·lim
pham falernū· Cum autē trāſiret ꝑ britāniam euā
getij ſemina ſerens·inuenit quendā ſubulcū merē
tem non modice·ꝓ quadam porca quā iactu lapi
dis iteremerat·eo ꝙ meſſes iportūa vorratrix ſe-
piſſie irrūpebat· Cui icūbebāt·vij·ſuilli fetꝰ nec
lac nec quicqꝫ a māmillis ſolito hauſtu elicere ge
ſtientes· Cunqꝫ ſāret ꝑſul angorem ſubulci iram
doīi ſui ꝓ interfecta ſue formidātis uiſcerali pi
etate cōpaſſus·poſuit cuſpidem baculi ſui in au
re ſcrofe· & ſtatī rediuiua effecta·ꝑbuit vber fo
mentum lactis fetibus ſuis· Que res apud domi
nū ſubulci adeo conualuit ꝙ ꝑ ſeipm pontificem
adiēs·ſeqꝫ illi hūilians & opē ſue gratie efflagitāſ

eandem villā ei iure dominij poſſidendā donauit
Die aūt quadā idem ſāctus epūs· cū aliquot mo
nachis ſuis in agrum cauſa putādi vineam iuit·
& ut poſſet leuius ac ꝓmptius opari· capam in
quodam loco vinee depoſuit· pactoqꝫ labore cuꝫ
vellet capam reinduere· inuentū eſt in ea cuiuſdā
auicule ouū Quo cōpto vir dei cōdeſcenſionis il
lius non expers· ſine cuius ꝓuidentia nec vnꝰ paſ
ſer pit ſup terram· ꝓhibuit indumētū de loco am
moueri· donec ſuos auicula fetos pullos exclude
ret· Interim tamen nulla aeris ītēpies vel pluuia
ipm ſacri pſulis veſtimentū inficere vel attamina
re vi diuina inhibita pſūpſit uel temerauit

C· Adhuc de eodem

POſt mortem haliloch ducis britānie q̄ be
atuꝫ maclouiū q̄diu uixit honorauit· ſur
rexit impia generatō hominū illiꝰ ꝓuin
cie contra ſāctum dei inuidia & malignitate fer
uens· Accidit aūt ut eius paſtorem male fuſtibus
& flagellis cōtuſū ſup litus maris ſternerent· ar
cuatiſqꝫ viminibus ne ſe illinc tollere poſſet vn
diqꝫ artarent· ut ab acceſſu etiā maris ſtati eneca
retur & piret· Hoc audito· epūs oratōnibꝰ obti
nuit· ut mare exiens & inundans more ſolito· cca
virum illū ſpaciū circūquaqꝫ miliarij relinqueret
inacceſſū· ne eſtus ſui feruore famulū eiꝰ abſume
ret vel necaret· Deinde ut citius potuit locū vbi
ille artatus & irretitus iacebat adijt· eumqꝫ ſan
ctitatis ſue pſentia effectū incolumē ſecum vege
tū & ſanum reduxit· Deniqꝫ emulos ſuos exēplo
domini declinās· ſāctonice vrbis pagū ꝓuincie ac
quitanie cuꝫ cenobitis expetijt· Cui aliq̄diu illic
manenti· cōtulerūt ſibi pagenſes de rebꝰ ſuis mul
ta donaria· Inter quos quidam ruſticus cōtulit
ei aſellū· ligna de ſilua vſibus neceſſarijs allaturū
Hunc aſellū pſul mācipio cōmēdauit· qui cū vna
dierū ligna aſello imponenda decideret· lupꝰ ra
paci auiditate eum inuadens occidit & abſūpſit·
Quod egre ferens famulus· lignoꝝ ptem hume
ris impoſuit· & pſuli deportauit· narrās que de
aſino acciderāt· Qui dixit ei· Dirigito me puius
in ſiluam· Quā ingreſſꝰ epūs· pcibꝰ facillime ob
tinuit pſto ſibi adeſſe lupū· quem iuſſit ſterni mo
re iumenti ſtruēqꝫ lignoꝝ ei ſupponi· & onuſtaꝫ
domū minari· Qui lupus poſtea extitit quaſi ca
nis domeſticus· pgens ſemp cum famulis· & reꝝ
cuſtodibꝰ· cuſtodiā puigilem & inſtantem ſaga
ciſſimo rependens aſtu· Obijt aūt· xvij· kl'· decēb

CI De morte iuſtiniani & impio iuſtini iu
nioris Hugo quinto libro·

INterea iuſtinianꝰ auguſtus dū a diuis
mādatis aurem cordis auertit· iuſto dei
iudicio amētiam incurrit· Vnde accerſito
iuſtino viro xpianiſſimo· curopalatē eū cōſtituit
& ei totius curam impij delegauit· Quod cuꝫ fe
ciſſet deceſſit impij ſui āno· xxxviij· & menſe· vij
Iuſtinꝰ itaqꝫ iunior genere trax· ex curopalate fa
ctus impator· habuit uxorem noīe ſophiā· quam
& coronauit auguſtam· Huiꝰ tempibꝰ narſes ro
manoꝝ patricius cuius ſup meminiꝰ· cū ab incur
ſu diuerſorū hoſtiū totam quietā reddidiſſet yta
liam· ꝓ magnis beneficijs magnā inuidiā ptulit a
romanis· ita ut in vrbe regia iuſtino mādarēt di
centes· quia melius erat romanis gothis feruere
q̄ grecis· vbi narſes eunuchꝰ impat· & ꝓ ſua li
bidine dominat̄· Quibus ſmonibus cōmotꝰ īpa
tor· longinū pfectum ſeruū narſetis loco ſubſti
tuit· Sed & auguſta ſophia hāc narſeti mandauit
cōtumeliā· vt cōſtantinopolim remearet· & cum
puellis ſuis in geneteo feminaꝝ lanaꝝ penſa diui
deret· Ad que verba narſes dicit̄ reſpōdiſſe· talē
ſe ei telam orditurū· q̄diu viueret nūq̄ deponeret
Et neapolim ſecedens lōgobardis mandauit· vt
pauprima pānonie rura que incolebāt dſererent
& ad ytalie fertile ſolum poſſidendum cōfluerēt·
Quod audiens alboin rex lōgobardoꝝ hunis pā
nonia tradita· in ytaliam cōmeauit cū multitudi
ne magna lōgobardoꝝ· anno ab incarnatōne domi
ni quingētesimo· lxviij· Deinde mediolanū īgreſ
ſus eſt· & intra breue ſpaciū tempis pene ſibi to
tam pter romam & rauennā ſubiecit ytaliaꝫ· An
teq̄ tamen alboin ytaliam inuaderet· ignee acieſ
appuerūt ī celo· hūano ſāguine qui poſtea effuſꝰ
eſt choruſcātes· Sigibertus· Sūpſit aūt iuſtiꝰ
impium āno domini· d· lxvj· mūdi ſcilicet quarti
milleſimo· d· xxix· & impauit ānis· xij· Huiꝰ āno· j
ſāctus colūbanus pſbiter veniens de ſcotia· cla
rus habetur in britānia· CII· De ſācto co
lūbano abbate· Ex geſtis eius

HIc colūbanus ex hibernia inſula inter pri
mordia fidei gentis illius natꝰ eſt· Cuius
etiā mater cū iam cōceptu grauida tenēt̄
ſubito p noctem ſopore depſſa· vidit ex ſinu ſuo
rutilantē ſolē ꝓcedere· & mūdo lumē iā magnum
pbere· Cum aūt iā viceſimū annū ageret· cuꝫ· xij·
comitibus nauē ingreſſus· xpo duce britāniaꝫ p
uenit· & inde ad galliam tendit· Agebat autē vt
quecūqꝫ ad loca pgrederet̄· uerbū euāgelicum ꝓ
nūciaret· Peruenit aūt fama eius ad aures ſigibē
ti regis· qui duobus ſcilicet auſtraſioꝝ burgūdio
nūqꝫ perat regnis· Data itaqꝫ optōne regis ſuaſi
onibus obtempās· heremū vaſtā nomine voſagū
petijt· ibiqꝫ cū ſuis reſedit· lx· iam āni trāſierant·
quo non alias carpſerat dapes· q̄ herbas ſaltꝰ· &
arborū cortices· Cū abbas mōaſterij cui ē ſalicis
nomen p viſum a deo cōmonitꝰ ē· ut famulo ſuo
colūbano in heremo deferret neceſſaria· Qui exp
factus cellerariū ſuū marculfū iuſſit omia q̄ poſ
ſet pare· & beato colūbano deferre· Oneratis igi
tur vehiculis· marculfus iter arripuit· Sed cū vi
am ignoraret· cōſiliū fuit· vt ſi in hoc eſſet dei im
piū· pmiſſis equis impantis potentia viā apiret·
Mira virtus ātecedentes equi ignotū ungula cal
lem terūt· rectoqꝫ itinere ante fores beati colum
bani pueniunt· Ille grates cōditori rependit· qui
ſic famulis ſuis in deſerto menſā pauit· Quadam
die dū ſeceſſit ex cella· vaſta heremi penetrās· rep
perit ſaxū īmane cuiꝰ abdita pſcrutās reppit urſi
habitaculū ipmqꝫ intus reſidentē· qui eius impe
rio abijt· nec vltra redire auſꝰ eſt· Ibi ergo vir ſā
ctus in rupe cōcaua in diebus feſtiuis ab alioruꝫ
ſocietate ſe ſegregās tutabat· ut abſqꝫ curarū inq̄
etudine ſolus oratōni uacaret· nec aliud penitus
uictui erat· q̄ agreſtium herbaꝝ exigua menſura
ul' pomoꝝ heremi paruuloꝝ que bullugas uocāt
potus uero aqua· Eratqꝫ ī eius miniſterio pueru
lus nomine domoalis· qui cum ſub ſilenti uoce q̄
reret̄ q̄ in ꝓmptu aquā non haberet· ſed hanc cuꝫ
magno labore per montis ardua deferret· colūba
nus pcepit ei pauliſp ſaxi terga ſciſcitari· At ille
patri obediens· rupem cedere eſt aggreſſus· Tūc
uir ſanctus genibus ꝓclutꝰ deum pcabatur· ut
neceſſitati ſue oportuna tribueret Moxqꝫ latex ꝓ
ducta manare cepit fons phēnis· qui uſqꝫ hodie

manat· Cunqʒ iam multoꝝ monachoꝝ ſocietate
denſaretur querens in eadem heremo potiorē lo-
cum quo monaſteriū cōſtrueret· inuenit caſtrum
olim fuiſſe munitiſſimū· nomīe luxouiū· vbi aque
calide eximio cultu cōſtructe habebanť· & ima
ginum lapideaꝝ denſitas quas pagani coluerant·
ſed ſolum tūc ibi feraꝝ multitudo frequentabat
Ibi ergo reſidens· monaſteriū ꝯſtruere cepit· Ad
cuius famam plebs vndiqʒ cōcurrit· ita ut multi
tudo monachoꝝ adunata· vix vnius cenobii col
legio valeret cōſiſtere· ¶ CIII· ¶ De miraculis

DVm aliqn̄do fratri nomine ¶ eiuſdem
gallo p̄cepiſſet ut ad bruſcā iret· piſceſqʒ
capet· ille abijt· ratūqʒ duxit· ut ad ligo-
nem amnē p̄geret· Quo cū p̄ueniſſet & rete in al
ueum iactaſſet aſpexit piſciū multitudinem ueni
re nec ꝓrſus reti teneri· ſed quaſi in pictem impi-
gerent retrocedere· itaqʒ p̄ totū diem laborauit·
nec vnū cape quiuit· Reuerſuſqʒ· de fruſtrato la-
bore patri nūciauit· Ille inobedientē increpās ait
Vade cito ad denūciatū locū· Qui p̄gēs ut vndis
rete apoſuit· tali copia impletū eſt· vt vix p̄ mlˀ-
titudine trahi poſſet· Quadā aūt vice dum mora
retur in p̄fato ſcopuli ſinu· a quo urſū expulerat
cognouit p̄ reuelatōnem fratres qui apud luxoui
um erāt diuerſis morbis vexari· nec amplius q̄ q̄
egrotis miniſtrabāt remāſiſſe· Egreſſus ergo de
ſpecu· illuc p̄uenit· Cūqʒ omnes afflictos cerne-
ret· impauit ut omnes ſurgerent ac meſſes ī area
virga cederent· Quod cū obedienter ac fideliter
facerent· mirabātur de ſoſpitate nullo doloris ue
ſtigio remanente· Tempe aūt meſſis cū urgēt ne
ceſſitas ne mature ſegetes germine miſſo p̄irent·
irruebāt venti cum imbriū vehemētia· Inter hec
anxius vir dei fide ornatus· fratres accerſiuit om
nes· & ſegetem p̄cidi iuſſit· quattuor angulis meſ
ſis quattuor fratres p̄ponens· & ipe cū reliqs me
dius meſſem p̄cidit· Mira virtus· fugiebat iber a
ſegete· & diffundebať vndiqʒ· medios tamē meſ
ſores ſolis ardor torrebat· eſtuſqʒ vehemens quo
aduſqʒ meſſem cōderent afflauit. Quadā die quo
qʒ dum ad p̄ſcindendā meſſē cum fratribꝰ ueniſſʒ
ꝯtigit ut vnus eoꝝ theodegeſilꝰ digitū ſibi falce
p̄cideret· nec ꝓrſus haberet p̄ter p̄ue pellis retē-
taculū· Itaqʒ vir dei ſtātem eū cernēs· impat vt
cum fratribꝰ opus p̄ficiat· qui cū rei geſte cauſaʒ
ꝓmpſiſſet· ille celer ad eū ꝓperauit digitūqʒ ſali-
ua illitū p̄ſtine ſtatim ſanitati reddidit· Deinde ī
perat ut celer ad ceptū opus vires augeat· Alia
vice cū ad capiēdū cibū veniret· cirothecas quaſ
ad laborē opis habere ſolebat· ſuper lapidē ante
fores refectorij depoſuit· Mox q̄ete reddita· cor
uus aduolauit· vnāqʒ ex eis roſtro ferens abſtulit
Peracta refectōnis hora· vir dei egrediens ciro
thecas requiſiuit Cūqʒ omnes inter ſe quis abſtu
liſſet cōquirerent· uir ſāctus ait· q̄ nullus aliꝰ at
tingere p̄ſūpſiſſʒ· niſi ales qui ad arcā a noe dimiſ
ſus non redijſſet· addiditqʒ ſe nullo modo pulloſ
ſuos alituꝝ ſi rapax furtū celeri volatu nō r̄feret
Expectātibus illis· in medio omniū coruꝰ aduo-
lat· & furtum roſtro reportat· nec ſe fuga conať
eripere ſed ferocitatis oblitus· vltōneʒ expectat
Quem uir ſāctus abire impat· ¶ CIIII· ¶ Ad
huc de eodem·

QVadam die dū hora refectōnis a p̄pinqua
ret· & miniſter refectorij cereuiſiā admi-
niſtrare conareť· vas quod ciprū vocant
ad cellariū aſportauit· & āte vas quo cereuiſia ꝯ
dita erat apoſuit· tractoqʒ ſeraculo meatū in ci
prū currere ſinit· Quem beati colūbani impio ali
us ex fratribus vocauit· At ille obediētia feruēs
oblitus meatū reſerare· cucurrit ad patrē ſeracu-
lum q̄ḋ duciculū vocāt manu deferēs Pꝰq̄ ſibi
vir dei quod voluerat deꝓmpſit· oblitꝰ negligen
tie celer ad cellariū redijt cōijciens nichil ī vaſe ḋ
quo decurrebat cereuiſia remāſiſſe· Intuitꝰ eſt au
tem ſup̄ ciprū cereuiſiam creuiſſe· nec minimaʒ q̄
dem ſtillā foris cecidiſſe· ut credēs in longitudi
ne ciprū geminatū eſſe· ut qualis & quāta rotūdi
tas infra cipri coronā inerat· talis in altū creuiſſet
vrna· Sic apparuit & impantis meritū· & obediē
tia obſequentis Eo tempore uir dei ſolitudinis a
mator ābulās· reꝑperit cadauer cerui a lupis p̄re
pti urſum uelle deuorare· cuius iam ſāguinē lābēs
exiguam carnis partem uorauerat· huic impauit
ne coriū q̄ḋ ad calciamētoꝝ uſus neceſſaiū erat le
deret· Tūc beſtia cōtra naturā mitis effecta blan
diens· ac colla ſūmittens· cadauer reliquit· Quod
uir dei ad fratres rediēs indicauit· p̄cipiēs ut irēt
& e cerui cadauere coriū auellerēt· Abeūtes itaqʒ
reꝑpeūt undiqʒ rapaciū alitū multitudineʒ adeſſe
nec ad cadauer ſup̄ uiri dei interdictū audere ac
cedere· Erat aūt in ipo cenobio luxouio quidā fra
ter· & ipe colūbanus nomīe· ex genere beati colū
bani· unoqʒ comitatu ex hibernia ꝓceſſerāt· Cui
etiam beſtie & uolucres ſicut beato uiro p̄ebant·
Nam ad imperiū eius fere & aues ueniebant ſeqʒ
manu blandientis attrectari ſinebāt· eiqʒ gaudē
tes ac ludentes ſicut catuli ſolēt dominis exulta
bāt Hic febre correptus· cū iam ultimo halitu ca
rere uellet· ſidus de celeſti munē quod & lōgo fa
mulatu queſierat· uidit ad ſe uiruʒ fulua luce ami
ctum accedē· ſibiqʒ dicere· Non te modo a corp̄e
educē poſſum· quia oratōnibꝰ & lacrimis patriſ
tui p̄pedior· Quod cum audiſſet merēs ſāctum
colūbanum ad ſe per nūciuʒ accerſiuit· & ait Cur
me in hac erūnoſa uita tuis oratōnibus detines·
nā aſſunt qui me ducē uolūt· ſi tuis p̄cibus non p̄
pediātur· Recedētibꝰ ergo ſolue obſtacula· ut mi
chi iam pateāt regna celeſtia Tunc ille corpꝰ xpi
ab hac uita abeūti uiaticum p̄buit· ac pꝰ extrema
oſcula fūctōnis cātus impleuit· ¶ CV ¶ De ſā
cto ſāſone dolenſi & eius origine & magiſtro eiꝰ
eleuto· ¶ Sigibertus·

ANno quoqʒ p̄notato· ſāſon dolenſis archi
ep̄us· cōſāguineus beati maclouij & ſuc
ceſſor ſāſonis maglorius· qui de trāſma
rina britānia ad ciſmarinam trāſierāt britāniā· cla
ret ſāctitate & doctrina ¶ Ex geſtis eius· Hic ſā
ſon de meciana ꝓuincia nobilibus p̄entibus ortꝰ
fuit· Huius mater anna cum ſterilis putaretur· ḋ
ſpato iam fetu cum marito ſuo āmone ieiunijs &
elimoſinis frequentibus incūbebat· Cui nocte q̄
eſcēti p̄ uiſum dominus ait· O mulier firma in fi
de ſtabilis in dei dilectōne· ac p̄ſeuerās in p̄ce ne
timeas neqʒ diffi das quia ꝓlē habebis· & p̄mariū
filium ſāſonem uocabis· hic erit coram deo ſāctꝰ
ḋoqʒ iubente ſacēdotali officio cōdignꝰ Itaqʒ mu
lier cum gaudio cōcepit & pepit· & infanti bapti
zato nomē ſanſonis impoſuit· Qui cum eſſet āno
rum circiter· v· xpi ſcolam adire voluit· ſed pater
eius ne fieret clericus contradixit· Tandem vero
celeſti increpatōe p̄ ſomniū admonitus· eūdem
ad ſcolam duci cōpulit egregij ſcilicet britānorū

magiſtri nomine eltuti qui ex diſcipulis erat ſan
cti germani. Erat aūt omniū ſcpturaꝝ veteris ſci
licet & noui teſtamenti. & omniū artiū phie. om
nium britānoꝝ cōptiſſimus. & futuroꝝ p̄ſcius.
Qui poſt geſta mirifica cum egritudīe mortis te
neretur. duos alios abbates ſcilicꝫ yſanū & attro
cliū ad ſe venire fecit. eiſqꝫ dixit. Gaudeo fratres
de aduentu veſtro. quia tempus adeſt mee ī xp̄o
dormitōnis & vos debitū obſequiū michi p̄bebi
tis. Sed cōfortamini. quoniā & vos cito poſt me
trāſibitis. vno quidem trāſitu. ſed diuerſo euētu
Ego quidem hac nocte p̄ſentibus vobis āgeloꝝ
manibus ꝑcipiar. ita ꝙ in ſimilitudineꝫ aquile du
as pennas aureas habentis. aīam meā yſan⁹ vid=
bit. & animā attroclij ꝑciter. in aquile quidē tipū
ſed duas pennas plūbeas habentis grauiter voli
tare & poſt. xl. dies frater yſanus & ip̄e equalitē
cum eo exitu feliciter ꝑueniet ad xp̄m. Tu quidē
frater attrocli cōcupiſti ea que mūdi ſūt. ſed mū
dus es ꝓpter ātiquā ſāctitateꝫ tuā. ab infātia huc
uſqꝫ reſeruatam. Grauidus aūt in pennis tuis. ꝓ
pter plūbeum auaricie pond⁹. quas pennas omi=
potens deus a te dignetᷣ euellē. Hec & huiuſmo
di dicens. media fere nocte de carne cum himnis
& choris feliciter exijt. aīmāqꝫ ſuam ꝑ imaginari
am ſpēm ſicut ip̄e dicebat beatus yſan⁹ vidit. &
alterius fratris aīam ſimiliter ut ille dixerat ēnit.
vixqꝫ ꝑ eius ſuggeſtionem. & ſāctoꝝ oratōnes.
& miſſas multas cātatas redempta fuit. ita qđ &
ip̄e ſolus eam vidit in melius reparatam. ac de peſ
ſimis peccatoꝝ ſuoꝝ vinculis ſolutam. & ille ni=
chilomin⁹ die cōdicto. & ſimili exitu ſm ꝓmiſſio
nem ſenis feliciter ꝑuenit ad xp̄m. ¶ CVI ¶ De
bona indole eiuſdem ſanſonis.

HIc itaqꝫ ſāctus eltutus electū dei pueruꝫ
ſāſonem de manu ſue matris excipiēs cuꝫ
eum amanter deoſculaſſet. reſpiciens ī ce
lum. & benedicens eum ait. Gratias agimus deo
qui hoc luminare nobis indignis de gente noſtra
dignatus eſt accendere. En omniū noſtrū caput
auguſtū. En oīm britānorū ſacerdos egregi⁹ mlꝰ
tiſqꝫ citra & ultra mare ꝓfuturus. Itaqꝫ litteris a
pud eum puer eruditus. cū eſſet ānoꝝ circiter xv
ieiunijs ac vigilijs plus omnib⁹ fratribus ſe exē
cebat. ita ꝙ ſepe biduana ieiunia facere cōtende=
bat. Quadā eciā die ip̄e & magiſter eius inciderūt
in quadā alta queſtōne cui⁹ explanatōnem nulla=
tenus potuerūt reꝑire. Tunc deſtinauit ſanſō in=
tra ſe ieiunijs ac vigilijs incūbere donec eam de⁹
illi dignaretᷣ oſtendere. Dum aūt tercia nocte ora
ret. aſſiſtere ſibi uidit lucem celit⁹ emiſſam. ac uo
cem audiuit de luce ſuauiter ſibi dicentem Ne fa
tigeris amplius electe dei. ecce etenī non ſolū hāc
queſtōnē ꝓ qua laboras cōſequeris. ſed etiā que
cūqꝫ petieris a deo ꝑ oratōnem & ieiuniū exigen
tibus tuis bonis meritis impetrabis. Quadā die
in eſtiuo tempe dū irent fratres ad purgāda ma=
la gramina de meſſe. hilider quidam de rubo exili
ens quēdam fratrem momordit in inguine & ad
terrā cadens ſemiuiu⁹ remāſit. fratres aūt ċca eū
flētes orabāt. nec aliud ꝗ̄ moriturū ſꝑabāt. Quo
audito ſanſon qui cum magiſtro erat cucurrit eti
am inueniēs fratrē extremū pene halitū iaꝫ trahē
tem ſerpentino morſui ſignū crucis impoſuit. & ꝑ
iij. horas oratōneꝫ ꝓtelans. aquāqꝫ oleo mixtā be
nedicens. fratrem pene mortuū. deo oꝑante red
didit incolumem & ſanū ¶ CVII. ¶ De ordina
tōne ipſius in dyaconem cum miraculo.

VEniens aūt papa dubraci⁹ ad domū eltu
ti. ſanſonem dyaconū ordiauit. In quo fa
cto grāde miraculū interfuit. Tres fra=
tres ibidē ordinati ſūt duo in p̄ſbiterij. & ille ter=
cius in dyconatus officio. Sed cum ad genua fle
ctenda iuxta morem fratres inuitarentᷣ. vidit pa
pa ſāctus vna cū magiſtro eltuto. colūbam celit⁹
emiſſam ꝑ feneſtrā ſurſū aptam deſcendē. ac ſuꝑ
ſāctum ſāſonem non vt eſt moris aufugitare vel
volitare. ſed ſēꝑ ſine vllo pennicule motu īmobi
liter ſtare. quin etiā ep̄o manū ad cōfirmādum eū
dyaconem ſuꝑ eum leuante. illa quod eſt mirabili
us in ſcapula eius dextre deſcendit ibiqꝫ cōſtanē
manſit tādiu donec officiū ab ep̄o ꝯſūmaretᷣ totū
Nec longe poſt ab eodem ep̄o ordinē p̄ſbiterij di
gnus accepit. & quale ſignū celitus viſū eſt quā
do dyaconus factus eſt. tale etiaꝫ viſū eſt quādo
p̄ſbiteratus ordinē ſuſcepit. Quāto aūt in maiori
gradu in heſerat. tāto & ī artioris abſtinentie tra
mite ſe inſerebat. Qui etiam libidinoſa incentiua
adoleſcentie ſue flore vincēs. volūtariam carnis
mūdiciā ꝓ natura habebat. Nec vnꝗ̄ aliquid ali
cuius aīalis in ſua tota vita guſtabat. ¶ CVIII.
¶ De veneno ſibi ꝓpinato.

ET duo fratres dyabolicis repleti veneniſ
& maxime quidā malus p̄ſbiter ei inuide
bāt. ſꝫ nullam in eo cauſā reatus inuenie
bant. vnde quaſi ebrij & amētes huc & illuc ver
tebantur. Frater aūt eiuſdem p̄ſbiteri piſtor effe
ctus eſt monaſterij. qui accepto mali fratris cōſi
lio. venenū ſācti ſāſonis miſcuit poculo. Tillum
qōdā fricans ei ꝓpinauit. & vt fieret ꝓbabile mor
tiferū parum de eo p̄⁹ aīali dedit. quod ſalicꝫ ani
mal vt bibit. ſaltū p̄cipitem dedit. & ſtatim mor
tuū eſt. Sancto vero ſanſoni orāti. ſp̄us domini
monſtrauit ſibi malū nuꝑ p̄patum. At ille de dei
ꝓmiſſione cōfidēs. vbi ait. & ſi mortiferū quid bi
berint nō eos nocebit letus refectoriū eſt igreſſ⁹
eo ꝙ ip̄e monaſterij eſſet yconom⁹. pocula fratri
bus bn̄dicens. & ſācte crucis ſignaculū imponēs
abſqꝫ heſitatōne totum bibit. nec vllū ꝑuiſſimuꝫ
dolorem cordis vnꝗ̄ ſenſit ex eo. Tunc piſtor ma
li cōmiſſi penituit. & fratrem de liuoris malicia ī
crepauit. ſꝫ in obſtinatōne ꝑdurans. nullū aſſēſū
bono cōſilio p̄buit. ſꝫ vindicta dei velox affuit Nā
dominica die ꝓxima de manu ſanſonis ſācti ꝯmu
nicans. cū buccella in os eius intraſſet. eadem ho
ra a demonio eſt arreptus. ita vt pallens. tremēs
ac diſcerpens. ſeqꝫ impudenter denudans. labra
ſua dentibus mordēt. & alios fratres abſqꝫ vere
cundia degarriret. Sꝫ ſancto ſanſone ei cōdolen
te. & ꝓ eo cum lacrimis orante. ſanitateꝫ recepit
maliqꝫ cōmiſſi penitudinem agens coraꝫ omnib⁹
fratribus agnouit. Itaqꝫ vir ſanctus totam diem
oꝑibus manuū & oratōnib⁹. totā vero nocteꝫ le
ctōne ſcripturaruꝫ & meditatōne ducebat. Et ſi
quando vt homo quieſcē opus haberet. ſeip̄m ꝑi
eti aut alicuius rei dure firmamento inclinans. nū
ꝗ̄ in lecto dormitabat. ¶ CIX ¶ De itinere ip
ſius ad patrem ſuum infirmū & dyacono ꝓpē the
omatam ſtupefacto.

QVadaꝫ hieme pater eius egrotās ad mor
tem. affirmabat ſe nunꝗ̄ vl' mortē guſta
turum. vl' ſanitatem recepturū. vl' ſacrifi
cium orationis ꝑcepturum. niſi ſāſonē p̄mogeitū
ſuum videret. ꝑ quem pariter corporis & anime

ſanitatem ſe ꝑcepturum dicebat Quod beatꝰ ſan
ſon ut a nuncijs a ſe directis audiuit · apud ſe in-
gemuit & ait · Iam niſi fallor egiptum reliqui · nō
eſt opus me in ipſam redire · potens eſt autē deꝰ
egrotātem ſanare · Sanctus vero piro miſericor-
dia motus dixit ei · Quare ſic dicis electe dei Cu
ram te oportet habere de aīarū ꝓfectu · tuaqȝ mē
tes grādis erit cum deo · dum vbi carnalia creue-
rint ſpūalia ſemmētur · Qui reſpondit · Vtinā vo
lūtas dei fiat · Nam ꝓpter deū & ꝓpter aīarū luc̄ ·
omnibus patus ſum · Itaqȝ faciēs nūcios ꝓgredi
ſubſecutus eſt ipe cum quodā iuuene dyacono ſi
bi ab abbate aſſociato · Et dū irēt orātes ꝑ vaſtiſ
ſiſſimā ſiluam · diriſſimam audierūt vocē · a quadā
ꝑſona horribili valde · ad dexterā ꝑtez iuxta illos
terribiliter ſtrepitātem · In cuius auditu dyaconꝰ
expaueſcens & pallens · equū quem manu tenue
rat cito dimittens · & palliū ſuū iactās · in velocē
fugam ſe dedit · Clamāte poſt tergū beato ſanſōe
cōfide frater cōfide · ne timeas · ſed eo nō intēdē
te · ac ſemꝑ fugitāte · eminꝰ lacrimabilibꝰ oculis ī
ſpiciens · ſcutum fidei firmiter tenēs · ſeqȝ ſemper
crucis ſignaculo circumuallans vidit theomatam
hirſutam · canutāqȝ iam vetulā criſulatā venalem
in manu ſua tenentem ſiluaſqȝ vaſtas veloci cur-
ſū volucritātem · & fugientē recta linea inſequen
tē · At ſāctus in fide ſtabilis māſit · & intrepidꝰ
palliūqȝ fugientis in equū imponens ac fugiētem
& ꝑſequentē fiducialiter ſecutus · fratrem ſemine
cem repit · ipſmqȝ paululū intuens · theomatā anū
currentē alonge uidit · & cernens eam in vallē iā
deſcendentē exclamauit · Quid fugis mulier · Et
ego homo ſum · ut ille quem ꝓſtraſti · Si ī poteſta
te tua datus ſū · ecce aſſum · At illa non attendēte
ſed ſemꝑ fugere nitente · iterū clamauit · Impo ti-
bi in nomine hieſu xpi · ab eo loco in quo mō ſtas
vltra donec veniā ad te pedem non moueas ·

CCX De reſponſo eiuſdē vetule dyabolice
& ſanatōne dyaconi & ꝑentum ſāſonis cōuerſiōe

TVnc illa ſtāte & tremente & venalē ī ter
ra laxāte · vir ſāctus aduenit & ait · Que
es mala forma · vl' q̄lis Que cū ingēti tre-
more reſpōdit Theomata ſū · cuiꝰ gētes uſqȝ huc
vobis p̄uaricatrices extiterūt · & nūc nulla d̄ meo
genere remāſit in hac ſilua niſi ego ſola . habeo em̄
viij · ſorores & matrem · que non hic ſūt · ſed in vl
teriori ſilua degūt · Ego aūt marito ī hac heremo
tradita ſū · eoqȝ iam mortuo ſecedē de hac ſilua n̄
poſſū · Cui ſāctus ait · Nunquid potes fratrē quē
ꝑcuſſiſti redìuiuū reddere · vl' certe ſolicitari d̄ ꝓ
fectu aīme tue · Illa reſpondit · Nolo · Nec in meli
us reparí poſſū · nullū enim bonū facere poſſū · ſed
ſemꝑ ab infantia mea hucuſqȝ ad mala exercitata
ſū · Tūc ſcꝰ ait · Deū oīpotentē īploro · ne āplius
īiuriā facias Sȝ cū ſis irremediabil' · hac hora mo-
riaris · Tūc illa ſaltū ꝑcipitē in latus ſiniſtrū dās
ad terram corruit · & mortua eſt · Tunc vir ſāctꝰ
ad fratrem iacentē venit · & diligenter ꝑſcrutans
in pectore tātum vitalem flatū manere repperit ·
& more heliſei os ori mēbraqȝ cetera ſingulis cō-
ponens · flens & orans eum ſanitati reſtituit · Iter
igitur ceptū ꝑiter ꝑegerūt · & amonē patrem ſā-
cti ſanſonis egrotantem in lecto inuenerūt · Qui
in aduentu eoꝝ gauiſus · capitale crimen ad mor-
tem quod in ſecelauerat in mediū publicauit · do
qȝ ſe ſeruituꝝ uſqȝ ad finē ſuū deuouit · & caput
ſuū eadem hora tondei fecit · uxore ſua maxime ei

ſuggerente · atqȝ dicente · Non ſolū ego & tu vt
decet & cōuenit ſuiamus deo ſed & totā ꝓlē no
ſtram in dei ſuitute iūgamus · & omnia noſtra di
tota fiāt · Quo aſcendente p̄ſentatis · v · fratribus
ſuis ſācto ſanſone vna cum ſorore valde ꝑuula ·
paululū ſilens reſpondit · Fratres quidem mei bo
ni ſunt · & deo donati · ſed hec puſilla ad mūdanaſ
voluptates data eſt · tamen nutrite eā quia homo
eſt · CCXI De reditu eius ad monaſteriū &
electōne ipſius in abbatem ·

COnfirmatis itaqȝ ſuis in bonis operibus
& ad monaſteria fundāda ſuggeſtis · ſan-
ctus ſāſon vna cū patre ſuo & auūc'o &
dyacono in pace ꝑrexit · Et dū iter agerent · prece
dens illos amō vidit ſemitam · & quaſi igne exu-
ſta rura circa eaȝ ac veſtigiū quoddā quaſi trabes
ꝑ exuſtas herbas traheretur · Et p̄mo quidem in-
tremuit · fratriqȝ ſuo ſequenti ſe mōſtrauit dicēs
En quē audiuimꝰ eſſe in hac ſilua ſpens antece-
dit nos & niſi fallor non lōge a nobis eſt · Qd̄ au
diens ſāctus ſāſon cōſolans eos ne timerent · ſed
in deo cōfiderēt addidit · Stabiles eſtote · expectā
tes me donec reuertar ad vos · orātes & ſilentes
Sedentibus autem illis · ipe ꝓgrediens vidit alō-
ge ſpentem flameo capite ſpirantem · pſallenſqȝ
& dicens · dominꝰ illuminatō mea ⁊c̄ · ad eū cucur
rit · At ſpens morſu glebā ex terra apprehedens ·
in aduenientis facē iactauit · ac ſibilū dire vocis q̄
ſi gladio cedētur emiſit · poſtea tremēs · & caudā
rabidis dentibus rodens · in ſperā ſe velociter col
legit · ſāctus aūt circulū faciens · & ſignuȝ crucis
īponens · ait · Vade nūc quouſqȝ ꝑmitteris · Et ait
comitibus ſuis · Venite & vidte opa dn̄i · Qui ue
nientes viderūt ſpentez e circulo ſuo pigre ſe ſol
uentem ſuꝑ terrā repi · et uſqȝ ad locū fixi baculi
ſācti in giro rotitare Qui nullatenus vltra termi
nū caput poterat erigere Tunc ſāctus multis vē
bis eos cōfortās · et ut creatorem credētes creatu
rā non timerent exhortās · tādem impauit ſerpen
ti in nomine hieſu xpi · ut eis p̄ſentibus moreretē ·
Qui mox ad caudam ſtās · et caput ſurſum leuās
arcūqȝ de ſe inepte faciens omne venenū euomu-
it et mortuꝰ eſt · Tūc illi deo gratias agentes ꝓ
fecti ſunt · et ad monaſteriū cū ꝓſperitate ꝑuene
runt · In quo ſāctus ſanſon abbas ab omnibꝰ ele-
ctus · fratres ſuos ſm̄ regulā ſuauiter inſtituit ·
nec ibi plus āno dimidio p̄matū tenens · in dapes
et pocula ieiunus ſemꝑ et ſitiens eſſe ſtuduit Tan
dēqȝ vaſtiſſimā heremū adire deſtinauit · vbi exꝑ
to ſpecu ſecretiſſimo · celeſtem uitam agens habi
tauit · Sȝ cum ei aqua omnino deficēt · vij · die duȝ
ieiunus et ſitiens ꝓſtratus oraret · ſudantem gle
bam ſenſit · et haſta baculi ſui infixa fons aque dul
cis emanauit · CCXII · De ordinatōne eiuſdē
in epiſcopum ·

ERat aūt mos epīs in cathedra ſācti petri
ad ordinādos epos cōuenire · Illo igitur
feſto ꝓpinquante · beatus ſanſon vidit in
viſu quadam nocte tres epos egregios diadema
tibus aureis coronatos · et oloſericis veſtibus in
dutos ſibi aſſiſtere · et cauſa oratōnis ſecum parit
eccleſiam intrare Tunc eorum nomina ſedule ꝑcū
ctatus · ab eis reſponſum accepit · petrum et iaco
bum fratrem domini · iohannem euangeliſtam eſſe
eoſqȝ ad eum ſacerdotem domini cōfirmandū ad
ueniſſe · Perfūcto itaqȝ ab eis ſcōm morē integre
epī officio · benedictōnem eorum accepit · et illis

abeūtibus epm iam ſe factū ꝑ ſpūm intellexit· Ve
nientibus igitur epis ad diez cōdictū· & duos ſe
cum ad ordinandū deferentibus· terciū vero ordi
nare volentibꝰ· ſed adhuc quis eſſet ignorātibus
nocte ſequenti affuit ſācto dubricō āgelus domi
ni in ſomnio· ſāctum ſanſonem ſacerdotem fore
firmans· deiqz placitum eſſe dicēs Tunc ſāctꝰ du
bricius omnes cōſiliarios p̄ gaudio expgiſci· & in
vnū couenirí fecit· eiſqz quod viderat & audie-
rat enarrauit· Qui & omnes ſine vllo diſtictu eū
epm fieri accepte firmauerūt· & epalem cathedrā
inſedere ſtatuerūt· Quo facto omēs ibi aſtantes
viderūt colūbam celitus emiſſā· cōſuetā vicē red
dere· & tādiu ſup eum quo uſqz pfecte e pus eſſz
ordinatus imobiliter ſtare· Eodem etiā die miſſā
illo cantāte· p̄ſentibus omnibus viſū eſt dubricō
& duobus egregijs monachis· quaſi ignem d ore
& naribus eius irrūpere· Quod aūt his maiꝰ ē·
ab eo die quo p̄ſbiter fuit· uſqz ad finem ſuū· quā
do miſſam cātabat· āgeli dei ſemp altaris & ſacri
ficij miniſtri fiebāt· oblatōnemqz cū ſuis manibꝰ
illo ſolo vidente frequenter frāgebant ¶ CXIII

¶ De trāſitu eius in britāniam minorem & mōa
ſterio dolenſi·

Quadam nocte paſche cū miſſā cantaſſet·
& ad altare ſtans ſolus oraret· in exceſſū
mentis exijt· & aſſiſtere ſibi virū valdē ful
gentem vidit· Qui ei dixit· Confortare dei ſācte
non enim debes in hac patria diutius imorari· pe
grinus enim es deſtinatus· & vltra mare maximꝰ
in eccleſia futurus· Poſt hec & alia verba angelꝰ
ab eo receſſit· & ille viſionē memorās iter arripu
it· & in via matrem ſuā viſitauit· ſororē ſuam iaz
a matre diſceſſam adulterio pollutā repperit· & i
hoc malo ꝑdurātem excōmunicauit· Multūqz in
locis illis doctrina & miraculis proficiens· naui
gio tādem in britāniam puenit· Deſcendens autez
de naui· vidit ꝓpe portū tuguriolū· & ad hoſtiuz
eius ꝑuatum plorātem· ac ſemp ad mare inſpiciē
tem· Qui pcūctatus ab eo quid hoc eſſet· reſpon
dit· Vxorem habeo in hac māſione leꝓſam· & fili
am demoniacā· & ꝓmiſſionem habui illaꝝ in hoc
portu ſanandaꝝ a quodā quem michi deꝰ ꝓmiſit
venire trāſmarinū· Tūc ſāctus incūctāter māſiū-
culam introiens· & ſup vtraſqz egrotātes orātē ez
fundens· corā omnibus eas incolumes dimiſit· In
de exiens· aptiſſimū ibi repperit locū· & honorifi
cum· Ibi fūdauit monaſteriū· uſqz hodie dolū nū
cupatū· Vt aūt ferebāt de eo q̄ i vita ſua ſatis cō
pti erant· ſupponens frequētiſſimas· necnō & bi
duanas· interdū aūt & totas hebdomadas id eſt
vij dies totos pagens ſeptimo demū die reficie-
bat· Noctes vero longiſſimas ſepiſſime trāſire ſo
lebat· ſtando de luce vſqz ad lucis recipꝓcum· nec
ſtans omnino laſſabatꝰ· Non diebꝰ· nō noctibus
ab oratōnibus & diuinis colloquijſ ceſſabat· tem
pus uero quadrageſime ſic eum pegiſſe audiuimꝰ
vt i initio i quodā remotiori loco ab hominibꝰ ſe
gregatus oblatōnes ſecū tres portans· inde tan-
tum uſqz ad paſcha deo illū cōfortāte vtebatur·
zelo dei & eccleſiarū eius in pectore ardebat· ſer-
monem ſuū ſale diuino cōditū· prudenter ſm qua
litates peccātium tempabat omnibꝰ utputa deo
plenus affabilis & carus erat· multiſqz miraculiſ
clarus· requieuit in domino· Huiꝰ natale celebra-
tur· v· kl· auguſti ¶ CXIIII· ¶ De ſācto eth-
bino eiꝰ diſcipulo & qualiter dominū ꝑ latera te
nuit· ¶ Ex geſtis eius

Porro ſāctus eth binus in britānie ptibus
fuit natus· & in domo patris ſui nobiliſ-
ſimus· vſqz ad· xv· ānum leberalibus arti
bus eruditus· Quo ſcilicet eiꝰ patre mortuo· ma
ter eius ad ſācte ſanſonis p̄ſidiū cōfugit· Qui eaz
ſacro velamine cōſecrans deo dicauit· & filiū ſuū
ethbinū coma capitis radens clericauit Qui ānis
aliquot cum eo manēs eiqz iugiter ſeruiēs· eo qua
dam die celebrante· audiuit verba domini in euan
gelio dicentis· Qui nō renūciauerit omnibꝰ que
poſſidet· nō poteſt meus eſſe diſcipalꝰ· Hac vo-
ce ꝯpulſꝰ· cūcta reliquit· & ad ſāctū ſinmilianū
abbatem puenit· habitūqz monachalē de eius ma
nu ſuſcepit· & in cauraco monaſterio ſub iugo do
mini ceruicē ſuam inclinauit· In quo ſcilicet mona
ſterio habitabat ſāctus wingualocus ſacerdoſ &
monachus· cui iuſſu abbatis eccleſiā vno miliario
diſtatem a monaſterio viſitare· ibiqz hoſtias offer
re cōſuetudo fuit· & ad hec ſecū ethbinuz dyaco
nem ſociauit· Quadam igitꝰ die dū irēt· iuenerūt
leꝓſum in meſſe iacentē· totū vulneribus plenum
flebili voce ab eis auxiliū poſtulantē· Qui requi
ſitus de infirmitate ſuſpirās ait· Graues dolores
graſſantur in corpe meo· Sed inſup ineſt vnꝰ do
lor tam nociuꝰ· vt ſi hūc diē ſine eius auxilio tran
ſiero· mortē ꝓximam eſſe puto Nares enī mee ple
ne ſtercoris· cōcremantur ab ardore infirmitatis·
Tūc ethbinus eū ꝑ latera arripiēs· a terra ſurſum
erexit· & wingualocus ad nares eius manū porre
xit· Sed & paup flebili voce clamare cepit· Noli
ſenior manibꝰ nares cape· quia dolor nō pmittit
ſed ſi dolorem meū leuiare volueris· neceſſe ē vt
i ore tuo nares meas miſeris· et ita traxeris· Tūc
ille meritis exaltatus humiliauit ſe· et quādo pu
tauit dolorē alleuiarē paupi ore ſuo cānē excepit fi
lij dei Mox ergo ut ad ſe traxit· pecia mirabilis in
eius ore cecidit· Beatus aūt ethbinus ꝑ latera do
minū tenens ſurſū aſpexit· celū aptum vidit· & in
capite domini quē tenebat ſācta crux apparuit an
geloſqz in obuiam domini venire vidit Tūc ſacer
doti ait· Pater ſancte ipm quem teneo manibus
et tu ore· dominū hieſū xp̄m qui ꝓ nobis ſeipſuz
dedit eſſe crede· Cūqz dominū vellent tenere ma
nibus· eleuauit ſe nubibus dicens Non me erubu
iſtis ſerui mei in anguſtijs meis· nec ego vos eru
beſcam in regno patris mei Hereditas veſtra me
cū eſt· et his qui memores veſtri fuerint in oratio
nibꝰ ſuiſ ſalꝰ i regno meo His dictis euanuit ab
oculis eorū· et cum magna voce receptus eſt i ce
lum· vocē quidem audiebant· ſed neminē videbāt
Cunqz ſtupefacti laudaſſent· dn̄m wingualocus
ethbino ait Hoc tuis meritis nobis accidit frater
qui tāte humilitatis es et obediētie· ut quicquid
humana lingua pcipe poteſt· tu in corde deuotiſſi
mo impleas· At contra ethbinus ait Nō eſt ita pa
ter· ſed tu qui quotidie carnem et ſanguinē domi
ni imolas· ipm meruiſti videre in corpe ſuo· quē aſ
ſidue tenes in animo· ¶ CXV ¶ De vita et
miraculis eiuſdem·

Deniqz cum franci vaſtaſſent britanniam
ſanctus ethbinus hibernie ptes petēs· in
ſilua que nectenſis dicitur· ut paup pegri
nus tuguriū fecit et eccleſiam fabricauit· i qua aſ
ſidue domino militauit· et quadam die claudū ab
eo petentē elimoſinaz in noīe xp̄i ſanauit Quedaz
etiam mulier pro ſanitate filij ſui paralitici ab eo

poſtulauit· Cui ille reſpondit· Nos peccatores
ſumus·hoc miraculū in uſu non habemus·ſed ſi
uis ſanari filiū tuū·ꝑduc eum ad ſācte brigiđ ſe-
pulcrū·At illa·Ibi inquit o pater eum iā portaui
ſed quadā nocte expletis vigilijs vocez michi di
centem audiui·In nectenſi ſilua morat̃ ſeruus dei
ethbinus·ad quem ſi filiū tuū duxeris ſanitatem
ſuis meritis obtinebit·Viuit ergo dominꝰ ꝙ a te
non recedam·donec filiū meū incolumē ante me
reducam·Tunc ſāctus oratoriū intrans in oratō
ne ante altare iacuit·quouſqz adoleſcens de domo
matris veniens dixit ei Gratias ago tibi pat̃·qui
me ī lecto egritudinis iacentē viſitaſti & tuiſ ma
nibus erexiſti·tanteqz infirmitate ſanitatem dona
ſti·Tunc erigēs ſe vir ſāctꝰ deum benedixit· &
adoleſcenti ut nemini diceret·eo ꝙ non ſuis meri
tis ſed gratia dei ſanatus eſſet·p̄cepit· Vixit aūt
in eodem loco·xx·ānis·opus dei opans·& ſanita
tem infirmātibus donans·Tāteqz ibi abſtinentie
fuit vt in hebdomada cibus in eo non intraret·ni-
ſi tantum in·v·feria panis & aqua·Vinū autē nō
bibebat·niſi tātūmodo quādo cōmunicabat Cun
qz iam eſſet·lxxx·triū ferme ānoꝝ·acri dolore fati
gatus fratribus qui in eadem ſilua morabātur cō
uocatis·obitū ſuū p̄dixit·eiſqz deo cōmendatis·
ante altare ſpūm reddidit·xiiij·kl'·nouembris·

CXVI· De ſācto baſolo remenſi anachori
ta & eius miraculis· Sigibertus·

ANno iuſtini·ij·baſolus abbas & ſindul-
fus p̄ſbiter & recluſus in frātia clarent
Ex geſtis eius· Sāctus baſolus in ter
ritorio lemonicino ortus cū tempꝰa adoleſcētie ſa
cri tirocinij incremento cōtigiſſet·ad diuine ſui-
tutis opus totum ſe cōuertit· Cunqz extra regni
ſui fines pedem ꝑegrinaturꝰ extēderet·apparuit
ei angelus domini ſocius itineris·quo duce ad re-
menſem vrbem ꝑuenit vbi pontificatū tenebat·ſā
ctus vir egidiꝰ poſt beatū remigiū·iiij·Hūc rex
frācorum chilꝑicus & regni ꝓceres valde dilige-
bant·In ea quoqz altercatōe que inter hilꝑicū &
hildebertū de principatu regni fuerat oborta idez
p̄ſul chilꝑici regis auxilio non defuit Vnde & ml'
ta poſtea aduerſa ſuſtinuit· Ab hoc vir dei baſo-
lus honorifice ſuſceptus·petijt ab eo ſecretiꝰ cō-
cedi habitaculū ſibi·eo ꝙ habēt ꝓpter turbas vi-
tare populum Et p̄mo quidem eiuſdem p̄ſulis au
ctoritate & gratia·in quodā cenobio ad radices
montis remoꝝ monaſticā vitam duxit·Deinđ cuz
de virtute in virtutem ſubli miter excreuiſſet·vo
lens aggredi vitā ſolitariā·in nemoroſi mōtis ca-
cumīe cellam ſibi cū oratorio cōſtruxit·vbi ꝑ·xl·
ānos habitans·ſingulariter contra ātiquā ſerpen
tem deo fideliter & fortiter militauit Ibi cū aque
penuria vir ſāctus laboraret·quadā die dū ad fo
diendam terrā in celſitudine mōtis accedēs·aquā
ſibi deeſſe anxius ferret·deuote ad deū cōuerſus
orauit· Mox dicto citius·fons in eodem loco flu
ere abūdātiſſimus cepit· Qui etiam uſqz hodie đ
ſuꝑioribus ad ima dilabitur·hauſtu dulcis·& in-
firmis ad potādum ſalubris· Attila quidā diues
& p̄potens cum venandi gratia ſiluā ſuam cellu-
le viri dei cōtiguam intraſſet·mire magnitudinis
aprū fugientem inſequebat̃ anhelātibꝰ eqs·At il
la immanis beſtia mōtem in quo vir dei reſedrat
aſcendit·& ad cellā eiꝰ r̄cto greſſu ꝑuenit Depo
ſitaqz feritate āte pedes eius ꝓuoluta eſt hiſpida
belua·quaſi vite ſue p̄ſidium imploratura·At il-
le miſertus·tāta inſecutores virtute vno in loco
fixit·ut & beſtiā ſibi ꝓximam oculis vidrent· &
tamen omnino cōtingere non poſſent·Tūc attila
cognita dei virtute·p̄ſumptōnis ſue veniam fla-
gitans·quidquid circa locū ſui iuris fuerat·nōnl'
la etiam poſſeſſionis ꝓprie p̄dia·p̄dicto ſācto vi-
ro cōtulit locūqz eius traditis facultatibus p̄mꝰ
ip̄e ditauit·Homo quidā ꝓ crimine cōmiſſo diiu-
dicatus·& patibulo ſuſpenſus·cū iaz in extremiſ
ageret inter laqueos· Huius ſācti cōfeſſoris ſibi
ſubito memoria incidit·Voce itaqz qua poterat·
aſtrictus vt erat faucibus·omni conamine ſpūm
colligens·totis p̄cordijs ſanctū baſolum inuocat
& ut ſibi ſuccurrat lacrimabiliter poſtulat· Mox
laqueus rūpitur·& ille ab alto labitur· Sup om-
nes ſtupor & admiratō fuit·ille liber a morte re-
cedit·

CXVII De diuiſione regni frācoruz
inter filios lotharij & vxoribus eorum· Grego
rius thuronenſis·

HIlpicus vero poſt patris ſui mortem the
ſauros qui in villa brainacho cōgregati
erāt accepit & ad frācos vlteriores petijt
ipoſqz muneribus multis donatos ſibi ſubdidit·
& mox pariſius ingredit̃·ſedemqz hildeberti regis
occupauit·ſed non diu licuit ei poſſidere nā con
iuncti fratres eius eum inde expulerūt·Et ſic inē
ſe hi quattuor haribertꝰ·gūtrānus·hilꝑicus·atz
ſigibertus·diuiſionem legitimā riteqz ſe fecerunt
Accepit nāqz haribertus regnū hildeberti·ſedez
qz cōſtituit pariſius·Guntrānus regnuz lodomiris
accepit·& aurelianis inſtituit ſedem·Hilꝑicus ue
ro regnum lotharij patris ſui accipiens·ſueſſiōis
ciuitatis ſedē ſtatuit·Sigibertus aūt regnū theo
dorici ſortitus·ſedem ſtatuit ſe habere remis ciui
tatem· Haribertus rex ingobergā duxit vxorē·
habebat ip̄a regina puellas duas cuiuſdā pauꝑis
filias·nimis ſpecōſiſſimas nomen ſenioris maco
uena·& nomen iunioris merofledis In quaꝝ amo
rem rex nimis exarſit· Ob hoc ingoberga quoqz
affligebat eas nimio odio·nā & patrem eaꝝ com
poſitorē lanificij iuſſerat fieri·Pro qua cauſa rex
nimis iratus ingobergā reliquit·& merofledē vx
orem ſibi accepit·Poſt hoc etiā macouenā ſororē
eius ad cōiugium ſibi copulauit· Et ob hāc cauſā
a ſācto germano pariſienſi ep̄o excōmunicatꝰ ē·Sz
cū rex eam relinquē nollet·ꝑcuſſa iudicō dei mor
tua eſt·Et nō poſt multū tempꝰ haribertꝰ ec rex
mortuꝰ eſt·& in blauia caſtello in baſilica ſancti
romani eſt ſepultus.porro ſigibertus rex cū vide
ret ꝙ fratres eius indignas ſibi vxores accipent·
& ancillas ad cōiugiū ſibi copularēt legatōnez in
hiſpaniam miſit·& multis muneribus datis atha
nagildi regis filiam petijt·Erat enī puella elegās
& pulcra·atqz ingenioſa noīe brunichildis Quā
in vxorē acceptā·quia arriane legi fuit ſubiecta·
p̄cepit baptizari·Quod videns hilꝑicus rex·cum
iam plures haberet vxores·ſororem ipſius bruni
childis nomine galſiūdam petijt·ꝓmittens ꝑ lega
tos alias vxores ſe dimiſſuꝝ· Qua ab eo in cōiu
gium aſſūpta & baptizata·magne ſanctitatis effe
cta eſt femina· CXVIII· De inſidijs frede
gundis cōtra galſiundam reginam·

PEr odium aūt fredegūdis peſſime concu
bine ſue·ortum eſt inter eos magnū ſcan
dalum·Itaqz dicebat galſiūda· ſe nullate
nꝰ poſſe tantas iniurias fredegūdis ſuſtinere Pe
tijtqz a rege·ut relictis theſauris quos ſecum de

hiſpania detulerat· liberam dimitteret redire ad
patrem ſuum· Sed ipe eam verbis mollibꝰ blan=
diebatur· Per cōſilium itaqꝫ peſſimū fredegundiſ
eam ꝑ noctem in ſtratu ſuo ſtrāgulauit· Pꝰ cuiꝰ
obitum· deus ꝓ ea virtutes oſtendit· Quo facto
fratres hilpici hoc indignantes· euꝫ de regno eij
cecere voluerūt· Habebat tunc hilpicus tres fili=
os de audouera regina ſua· ſcilicet theodobertuꝫ
meroneū· & lodoneū· Ipa quoqꝫ verſuta fredegū
dis· dominā ſuam audouerā decepit· Nam & ipa
fredegūdis ex familia infima fuit· de villa ſancti
vedaſti que vocatur babancurt Cum igitur hilpi
cus rex in hoſtem ꝑgeret· cuꝫ ſigiberto fratre ſuo
contra ſaxones· audouera regia domi grauida re
manſit· & filiam pepit· Cui fredegūdis cōſiliū de
dit· vt eam cito faceret baptizari· quatenꝰ rex de
ꝓlio rediens· filiā baptizatam gratanter reſpicet·
Vocato itaqꝫ epo ut eam baptizaret· cum non eſ=
ſet matrona que puellā ſuſcipet· ipa mater a frede
gunde monita· eā de ſacro fonte ſuſcepit· Veniē
ti aūt regi victori exijt· fredegūdis obūiaꝫ· dicēs
Deo gratiās· quia dominꝰ noſter rex· victoriam
recepit de inimicis ſuis· Nataqꝫ eſt tibi filia· Cuꝫ
qua dominꝰ meus dormiet hac nocte quia domi
na mea regina eſt cōmat tua de filia tua hildeſin
de· Et ille ait· Si cum illa dormire nequeo dormiā
tecū· Cunqꝫ introiſſet rex in aulā ſuam· occurrit
ei audouera regina cum ipa puella· Et ait rex· Ne
fandam rem feciſti ꝑ ſimplicitatē tuā· iaꝫ enim cō
iunx mea āplius eſſe non poteris· Rogauitqꝫ eaꝫ
ſacrum velamen induere cū ipa filia ſua· & dedit
ei ꝑdia multa & villas· Epm vero qui eam bapti=
zauit exilio cōdemnauit· & fredegūdem ad regi=
nam ſibi copulauit· ¶ Sigibertus· Anno iuſtini
v· ſāctus vedaſtus obijt ¶ CXIX ¶ De ortu ſan
cti amandi traiectenſis epi & eius vita.

Anno iuſtini· vj· ſāctus amādus naſcitur
Ex geſtis eius· Hic ex nobilibꝰ ꝑenti
bus ortus ab infantia ſacris literis erudi
tus· ꝑentes ſuos reliquit· & in quodam monaſte
rio religionis habitum aſſūpſit Qui dū quadā die
circa monaſteriū ambularet· repente quēdā max
imū ſerpentem inuenit· quē ſtatim virtute crucis
& oratōnis ad foueā ſuam nūqͣ inde exituꝝ redi
re coegit· Poſt hoc exiens de monaſterio illo qd̄
erat ꝓpe mare· cauſa ꝑegrinatōnis· venit turonis
ad ſepulcrū ſācti martini· & fuit ibi in quadā cel
la· xv· ānis· cilicio ſemꝑ tectꝰ· & aqua & pane or
deaceo ſuſtentatus· Ex hinc iuit romā ad ſāctum
petrū· vbi dū quadā nocte vigilare voluit· īueni
ens eum cuſtos eccleſie· nimis irreuerēter eiecit·
Qui dū ante fores eccleſie dormitaret· apparuit ei
ſāctus petrus: rogās ut cauſa ꝑdicatōnis remea=
ret· Quo dum veniſſet· & verbū dei cōſtātiſſime
ꝑdicans multas iniurias eſſet paſſus· dū ipm rgē
frācie dagobertū de ſuis criminibꝰ increparet d̄
regno eius expulſus eſt· Tandem rex filiū non ha
bens· orauit dominū· vt ei daret filiū· qui ſuccedͦ
re poſſet ad regnū Cum ergo nutu dei filiū genu
iſſet cepit valde inquirere quis eum baptizaret·
Et ſic ei in mentem uenit· vt amādū ꝓpter hoc re
quiri ſolicite iuberet· Inuentꝰ ergo· cū regali im=
ꝑio cōtraire metueret· ad regem veniens cuꝫ ma
gno gaudio eſt ſuſceptus· Rex aūt eius pedibus
aduolutꝰ· ꝑcabatur vt peccatū quod de eo habe
bat remitteret· & filiū quem ei deꝰ dederat bapti
zaret· Ille vero ꝑmā eius petitōnem benigne con
ceſſit· ſed ſecularibus negocijs metuens implicai
ſecūdam ꝓſus renuit & abſceſſit Rex tamen mi
ſit ad eum ſāctū eligiū & ſocium eius didonē· q̄
tunc in curia morabātur· Quoꝝ ꝑcibus fatigatꝰ
amādus ad regem veniens· eius filiū baptiſauit·
¶ CXX ¶ De ꝑegrinatōne eiꝰ in vaſconiam &
reditu in galliam.

Poſt hec traiectenſ epus obijt· & rex ſan
ctum amādum licet plurimū reluctātem
in traiectenſi vrbe pōtificali cathedra ſb̄
limauit· Vbi cū triennio verbū dei cōſtanter om
nibus ꝑdicaſſet· & a plerīſqꝫ ſuam ꝑdicatōnē cō
demni videret· cōtemptores ſuos deſeruit· & in
vaſconiā gentem ferociſſimam cauſa predicatio=
nis intrauit· Vbi dum ſimiliter ꝑdicaret· iocula=
tor quidam leuis & lubricus· verbis eius detrahe
re cepit· ſed ſtatim a demone correptꝰ· ꝓprijs dē
tibus ſe diſcerpens· & ꝙ iniuriaꝫ viro dei fecerat
cōfitens· ꝓtinus expirauit· Inde ꝑgens ad aliam
ciuitatem· ab epo ciuitatis reuerenter exceptꝰ eſt
Cui cū ille epus cauſa hūilitatis & more hoſpita
litatis aquaꝫ in manibus daret· iuſſit famulo ut a
quā illā diligentius cuſtodiret· credebat em̄ ꝙ me
ritis viri dei· eſſꝫ multoꝝ ꝓfutura ſalut· Nec em̄
fides iſta fefellit· Nam & cecus quidā ante fores
eccleſie mēdicās· ex cōſilio ipſiꝰ epi aq̄ illa oculos
ſuos lauit· & ꝓtinus clare vidit· Poſt hec rediēs
ſāctus amādus in galliam· impetrauit a rege hil
deberto locū qui dicit̄ vanco· vt ibi edificaret ce
nobiū· Sed quidā epus ꝓxime ciuitatis moleſte
hoc ſuſtinens· iuſſit famulis ſuis vt eum īrīd eij
cerent· vel c̄te occiderēt· Qui veniētes ad eū do
loſe dixerūt ei· vt ſecū ꝑgeret· & illi locū aptum
ad monaſteriū cōſtruēdum oſtenderēt· Sāctꝰ au
tem maliciā eoꝝ deo reuelāte agnoſcens· iuit cum
eis ad cacumen montis· vbi eū occidere cupiebāt
Nec ſuis hoc dixerat· quia valde martiriū cupie=
bat· Sed ſubito orta tempeſtate· pluuie & grādi
nes ita montē texerūt· qd̄ maligni qui eū occidere
volebāt· penitus nichil viderūt & iaꝫ ſe mori pu
tantes· ꝓſtrati veniā poſtulabāt· & ut eos viuos
abire ꝑmitteret exorabāt· Tunc ſāctus tādiu ex
orauit· donec reddita ſanitate· & viſu recepto ad
ꝓpria redierūt· Itaqꝫ ſāctus amandꝰ euadens· &
multa alia miracula faciens· tādem in pace d̄euit
¶ CXXI ¶ De ſācto maglorio dolēſi archiepo
¶ Ex geſtis eius.

Poro ſāctus maglorius quaſi magna glo
ria· merito tali refulget nomine· qd̄ acqſi
uit in opere· Hic ex britannia oriūdus ge
nere ſpectabilis· ſancti ſanſonis cōſors fuit Qui
etiam decedēs eum in archiepatu dolēſi ſibi cōſti
tuit ſucceſſorē· Vbi cum ſpectabilibus documen
tis ſimul & exemplis eniteſcēt· angelus ei in ſom
nis apparuit· eumqꝫ admonuit· vt pontificatꝰ cul
mine relicto· ad remotōris loci latibula ꝑgens ſo
litariam vitam duceret· vbi monachoꝝ gregē paſ
cens· laudes quoqꝫ domini licentius celebraret·
Qui expꝑgefactus gratias egit deo· & in epatu ūi
ro nomine buduco ſubſtituto mandatū impleuit
multiſqꝫ miraculis effulſit Quidam comes opulē
tus iam· vij· annis leꝓſus· fama eius audita veīt
& eius ꝑmiſſis oratōnibus· manu quoqꝫ eius to
to corpore tactus· plenam ſanitateꝫ· recepit· Hu
ius terraruꝫ magnitudo triplici ꝯtineb at diuiſiōe
quarum vnā non integram ſed dimidiam beato
maglorio contulit in munere· Has aūt diuiſiōes

copioſa ſimilitudo auium · que mire magnitudis
& pulcre erant · conſuete frequentabāt · Captura
quoqꝫ piſcium ingens · in ſinum maris ecōtra pul
lulabat · Cōtigit ergo cū beatus maglorius porti
onem ſuam penetraſſet · & omnis auiū & piſciuꝫ
cōgeries que alteri medietati comitis inerat · fu=
gam iniret & ſancti ꝑtem expeteret · Quod vx=
or comitis grauiter ferens · ei ſuaſit vt illā ſibi vē
dicaret & quā vtroqꝫ genere orbatā tenebat · bea
to maglorio daret · Cuius ille ſuggeſtōnē nequā
mox ſuſcipiens · quod non debuit expleuit · facta=
qꝫ nefande cōmutatōnis cōtrouerſia · ſubito aues
& piſces ab illa ꝑte quaꝫ comes auare ſācto viro
ſurripuerat receſſerūt · & mox ad dominū ſuum
magloriū ſūt reuerſi · Tūc comes apud ſe peniten
tia ductus · vtrāqꝫ ꝑtem ſācto maglorio cōceſſit ·
& tunc auiū & piſcium agmina vtrāqꝫ ꝑtē ſicut
ante repleuerūt · Cūqꝫ virgo eſſet hic ſanctus ab
vtero · panem ordeaceū & viliora legumina etiam
ꝑtem ſumebat · iiij · & · vj · feria ab omni pabulo ab
ſtinebat · Corpus eiuſ cilicio iugiter tegebatꝰ · veſti
mentis a foris mediocribus vtebatꝰ · vinū & ſice
ram non bibebat Excubias noctis cum fratreſ ſe
ſopori darent · clam ab eis frequentatus ſuꝑ alue
um maris ꝑuigil ducebat · Deniqꝫ multis miracu
lis clarus in vigilia paſche dum in eccleſia de mo
re ꝑnox excubaret · angelus domini choruſcꝰ ei a
ſtitit · obitūqꝫ ſuū īminere · & dignam mercedem
certaminis eum manere ꝑdixit · Cunqꝫ ille heſita=
ret ne dyabolus forte in angelum lucis ſe trāſfor
maſſet · oratōnem diutiſſime ꝓtelauit · & eū āgelꝰ
de viſione certū reddere cupiens · bis & ter eūdē
ſermonem repetijt · Tandē de manu ipſius āgeli
viaticū viſibiliter accepit · & ab illo die niſi cauſa
ineuitabilis extitiſſet · uſqꝫ ad diē vocatōnis ſue
verſiclū hūc ſemꝑ in ore repetijt · Vnā petij a do
mino ꝛc · Et · ix · kl · nouemb · ad dominū migrauit ·

CXXII De ſācto paulo leonēſi epō & bo=
nis eius initijs Ex geſtis eius

SAnctus quoqꝫ paulus leonenſis epꝰ · be
ato viro hiudulto a pueritia traditus ē · do
ctrina & moribus informādus · ſimul cū
beato ſāſone futuro poſtmodū epō · & alio nomi=
ne gilda · & alijs pluribus · Tellꝰ aūt marinis eua
cuata fluctibus · ſācti hiloulti ſeruiebat uſibꝰ · In
cuius lata planicie triticū ſeuit · quod vaſtabant
alites marine · Quas nulla arte valens abigē · cure
iiij · diſcipulorꝫ impoſuit meſſem defendere · Vna
aūt nocte que paulo dꝑutata fuerat · exercitꝰ aui
um ita cāpum vaſtauit · vt nulla ſpes colligende
frugis remaneret · Qui ante aurorā cōſurgēs cam
pum adijt · detrementū ſegetis mox agnouit · ſeqꝫ
pigrū cuſtodem accuſās · biduo a ꝑceptoris ſui ꝑ
ſentia iuuenilis gratia pudoris abſtinuit · Tercia
die cōdiſcipulos ſuos cūueniens · cāpum ꝑiter cin
gunt · & infeſtarū auiū īmenſā multitudinē velut
ouiū gregem ad clauſtra monaſterij quaſi reos d=
ducūt · Dirigūtur ad caulas ꝑnata aīalia · velut
quedam inertia pecora · Vbi aūt ventū eſt ad līm
carceris · tāqꝫ captiui repleuerūt celū clāgore miſe
rabili · Ad quod ſpectaculū cōfeſtim accitus ma=
giſter · quorſū huiuſcemōi ꝑda deduceretꝰ īquirit
Cui paulus · Hi ſūt hoſtis ſegetis tue vaſtatores
quos tibi deduximus · vt imꝑio tuo debitas luāt
penas · ob cōmiſſa ꝑſūptōnis flagitia · Ad cuiꝰ vē
ba ſtupefactꝰ pater heſit · & ſinapi cōparandā ī dul
ci filio fidem admirās expauit · Huius ſācti ſcilicꝫ

pauli cibus poſt longā carnis maceratōnem pāis
erat · equa trutina penſus · cū ſale ſicco diebꝰ ſolē
nibus addebat paucos piſciculos ꝓ magno appa
ratu · Bipedis vel quadrupedis carneꝫ in omī vi
ta ſua guſtu non legitꝰ cōtigiſſe · Vinū & ſiceram
nūqꝫ ꝑter miſſarꝫ ſolennia libauit · quippe qui nec
aquam ſumebat · niſi quātum nature neceſſitaſ ex
poſcebat · CXXIII · De miraculis eiuſdem

HIc etiam cū veniſſet ad domū ſororis ſue
deo deuote · ſuꝑ litus maris britānici ſitā ·
rogatus ab ea · ꝑcem ad deū fudit · quati=
nus ſtatuto fluctus maris coercceretꝰ alueo · & te
ra optata aliquo ſibi & incolis illius inſule āplia=
retur ſpacō · Cūqꝫ ſubito mare vndas retrahere
& terra ſicca appere cepiſſet · ab oratōne ꝑiter ip
ſe & ſoror ſurgunt · & ad ripam accedūt · Tunc
paulus ſorori imꝑat · vt in manibus lapillos uſqꝫ
ad ſūmam maris marginem deferat · nā mille paſ=
ſibus vel āplius aquis exhauſta terra · ꝑ eius ora=
tōnē dilatata eſt Tunc genua in oratōne ſuꝑ ripā
flectūt · Qua finita · paulus ad mare cōuerſꝰ ait ·
Lapilli quos in finibus tuis poſui · ſint in ſignum
inter me & te · ut denuo nūqꝫ eos tranſgredi · nec
hec noſtra territoria audeas ingredi · Cuius ſmo
nis īꝑiū · uſqꝫ hodie dſuat · horridū maris elemtū
Cūqꝫ reūteretꝰ domū · ſubito uidrūt ꝑfatos lapil
los diuia vtute colūnas lapideaſ mire magtudiſ
factos · ut res ſimplex poſtulata · redderetꝰ dupli
cata · Via quoqꝫ quā eo die tenuerūt · ꝑ medias il
as colūnas incedentes · adhuc a britonibus ſemi=
ta pauli vocatꝰ · Quadā die cū iter agerent · diſci=
puli eius grauiter feſſi ſiluas ꝑagrātes aquā exq̄
rūt · nec inueniūt · Quorꝫ lamentatōnibꝰ ille miſe=
ricorditer cōmotus · oratōne ꝑmiſſa cōfidēter tri
bꝰ ī locis trā baculo ſuo ꝑcuſſit · treſqꝫ īde glebaſ
effodi iuſſit · ſingulas de ſingulis · Quas euulſas
tāta largitas aquarꝫ ſecuta eſt ut non ſolū ſitim a
ſtantis caterue reficeret · ſed etiā copioſo ductu
totam patriā decoraret · Serpēti quoqꝫ cuiꝰ fero
citas orientalem īſule plagā vēdicabat · ita ut nec
ab armatis in aliquo ledi poſſet · & plures necaret
vir ſācte crucis ſigno cōfidenter occurrit arma=
tus & ſtola qua induebatꝰ collū eius aſtringens ·
baculo ſuo velut canē furioſū · ſepe feriendo eum
uſqꝫ ad mare deduxit Quē in cōfinio maris & tē
re reſpiciēs ait · Anteqꝫ marinis caribdibꝰ demer
garis · cerulea extēde colla · ut mea recipiā iniumē
ta · Quo recepto · in ꝑcipitiū maris iuſſit eū abire
cū interdicto ꝑcipiens · ne quēpiā hominū ultꝰ no
ceret · Quo dicto · citius diſparuit His & alijs v
tutibus clarus · ad epatū licet renitens plurimū ·
ꝓmotus eſt · Huius feſtū recolitꝰ · iiij · idus marcij

CXXIIII · De ſācto gregorio thuronenſi
archiepiſcopo · Sigibertus ·

ANno iuſtini · vij · gregorius thuronenſiuꝫ
ordinatur epus · & clarus habetur in om
nibus · Ex geſtis eius · Hic aluernice
regionis indigena · cū aliquādo de burgūdia ad al
uerniam iter faceret · magna cōtra ſe tempeſtas
exorta eſt · Denſus aer in nubibus cogitꝰ · celū cre
bris ignibꝰ micare · & tonitruis reſonare cepit ·
omnibuſqꝫ timore pallētibꝰ · gregorius ſāctorꝫ re
liquias quas indeſinenter collo ferebat de ſinu ꝓ
traxit · ac nubibus cōſtanter oppoſuit · Que proti
nus diuiſe · dextra leuaqꝫ ꝑtereūtes · illeſū iter gra
dientibus prebuerūt · At ſuꝑbia que plerūqꝫ nu=
tritur virtutibus · iuuenili animo ꝑtimꝰ irrepſit ·

& quia ſupbie vicinus eſt caſus· du; ꝓuatim gau
dens· ſuis meritis ꝓſtitum arrogaret· equꝰ cui in=
ſederat ilico lapſus· hunc ad terram grauiter eli=
ſit· ita vt omni corꝑe cõtuſus vix poſſet aſſurgere
Cauſãq; ruine intelligens· ſatis deinceps cauit· ne
ſe vane glorie ſtimulus qualibet occaſione deijce
ret Anno· c· lxxij· poſt obitũ ſãcti martini thuro
nenſis· regni ſigiberti· xij ãno· beato migrãte eu=
fronio· gregorius beati martini amore flagrãs· &
paſtorali officio exiſtens ydoneꝰ· eius vice cathe=
dram thuronenſem regendã accepit Eccleſias plu
res inſtruxit· & libros in laudẽ ſãctoꝝ vel ĩ expo
ſitõnem ſcripturaꝝ ſãctarũ edidit· Matrem quo=
q; eccleſiã quã beatus martinꝰ cõſtruxerat· hic ni=
mia vetuſtate cõfectã arcuato ſtemate repauit· ac
q; hyſtoriatis ꝑ eiuſdẽ martini geſta decorauit·

CXXV ¶ De miraculis & ſcriptis eiuſdem

Vm autẽ aliquãdo ꝑ viam graderetẽ· & cru
cem aureã cũ relquijs collo geſtaret cuiſdã paupe
ris hoſpitõlũ folijs ac ſurcloꝝ cremijs ↄtectũ cre
mari cõſpexit· Illoq; cũ vxore & liberis hac & il=
lac curſitãtibus & ſtrepentibꝰ· & aquã afferenti=
bꝰ· flamã mitigare ñ poterãt Tũc gregoriꝰ accur
rit· & ↄtra flamaꝝ globos crucẽ eleuauit· Mox q;
in aſpectu ſãctaꝝ reliquiaꝝ ita totus ignis obſtu
puit· ut nec ea q̃ iã apprehẽderat· vltra vel ad mo=
dicũ uſtulare poſſ; · Cauſa fuerat qua remẽſe opi
dum adire debuerit· vbi ab egidio pontifice hũani
tus ſuſceptus· noctu quieuit· In craſtino vero ſi
go quõdã ſigiberti ferentarius· ad eũ acceſſit Dũ
q; ſermocinarẽtur· & ille de ore gregorij pẽderet·
ſubito auris eius que peridẽ obſurduerat· cũ quo
dã ſtrepitu reſerata eſt· Aliquãdo ſepulcrũ beati
hilarij gregorius ſupplicaturꝰ adijt· ad viſendum
quoq; ſãctã radegũdem reginã diuertit· Et cũ ſe
cum quaſi duo incole ꝑadiſi de tempibus loquerẽ
tur oleũ quod ante pignora ſãcte crucis guttati
illic defluere ſolebat· ſic in aduẽtu põtificis auctũ
eſt· vt infra vnius hore ſpaciũ vltra vnũ ſextariũ
exũdaret· Porro cũ hec beata regina ad regem ce
loꝝ acceerſienda eſſet gregorius de eius trãſitu nũ
ciũ accepit· Cum iam illa eo accurrente migraſſet
ſãcta eius mẽbra ſepulture locauit· Xvj ãnis hic
in eꝑatu exegerat· cũ equiuocus ille magnus gre
goriꝰ· in ſede aplica ſurrogatꝰ eſt· Opmata quo
q; res eſt ꝙ duorũ alter alteri peculari ſit amicicia
deuinctꝰ· Cu; igitur ſacra aploꝝ limina hic expe
tiſſet· cũ magna reuerẽtia ſãctus eũ papa excepit
Quẽ ad beati petri cõfeſſionẽ introducens ex late
re cõſtituit· ꝓſtolans quo aſſurgeret· Interim autẽ
vt erat ingenio ꝓfũdiſſimꝰ· ſecretã dei diſpẽſatõ=
nem admirãs cõſiderabat in huiuſmõi homĩe· erat
enĩ ſtatura breuis· tantã gratia; ꝯfluxiſſe· Quod
ille mox diuinitus ꝑſentiens· & ab oratõne ſurgẽſ
placidoq; ut erat vultu ad papã reſpiciens· domi
nus inquit fecit nos· & non ipe nos· idem in ꝑuis
qui & in magnis· Cũq; illud cogitatõni ſue ſãctꝰ
papa reſponderi cognoſceret· ipa ſua deꝓhenſiõe
gauiſus· gratiã quã actenus in gregorio mirabaẽ
in magna veneratõne deinceps habẽ cepit· Sede;
q; turonicã ita nobilitauit· ut etiã aureã ei cathe=
dram donaret que apud ꝓſticam ſedẽ ꝓfatã in po
ſterũ ſeruaretur· Cum autẽ morarẽ· ĩ tali ſtatu vl'
loco ſepeliri fecit· vbi ſemꝑ omniũ pedibꝰ oculca
retur· nec in vlla reuerẽtia haberẽ· Sed grex bea
ti martini talia non ferens eum de loco leuauit· et
edito pulcro mauſeolo· ad leuam ſãcti ſepulcri di
gna reuerẽtia collocauit· Obijt autẽ· xv· kl' decẽb
¶ Actor· Hic ſcripſit hyſtoriã regũ frãcorum ↄ̃
qua multa in hoc oꝑe poſuimus· Miracula quoq;
beati martini poſt obitũ eius oſtenſa ſcripſit ĩ q̃t
tuor libris· & quedã alia· ¶ CXXVI ¶ De qui
buſdam euẽtibus illiꝰ temporis· ¶ Sigibertus·

EO tempe hiſpani & frãci ↄ̃ paſcha celebrã
do diſſentiũt· hiſpanis· xij· kl'· apzil'· fran
cis vero· xiiij· kl' maij· paſcha celebranti
bus Sed frãcos recte celebraſſe ꝑ hoc diuitns cle
ruit· ꝙ fontes in hiſpania qui in ſabbato ſãcto pa
che ad baptizandũ ſponte diuinitus repleri ſolẽt·
non in hiſpanoꝝ ſed in frãcoꝝ paſcha ſunt repleti
Albuinꝰ rex longobardoꝝ ab armigero ſuo ꝑimi
tur fraudẽ uxoris ſue· cuius patrẽ chinimũdũ gepi
daꝝ regem ipe olim in bello ꝑimerat· & ex teſta
capitis eius ſibi paterã ad bibendũ fecerat· Qua;
cum vno die ſibi porrigeret· dicens· bibe cum pa
tre tuo· illa femineo furore accenſa· illũ ab armige
ro eiuſdem in lecto ꝑimi fecit· Cleb ſurrogatuſ re
gno lõgobardoꝝ regnat annis duobus· Anno iu
ſtini decimo benedictꝰ romane eccleſie· lx· ꝓſidet
Ab hoc gregorius ad ꝓdicãdum anglis abire ꝑ=
miſſus· ſed populo tumultuãte retractꝰ· ſeptimꝰ
leuita eſt ordinatus Athanagildo rege wiſigotho
rũ mortuo· leuuigildꝰ cum fratre ſuo leuua· & pꝰ
ſolus annis regnat· xvj· Fortunatꝰ poeta veniens
ab ytalia· claret in gallia· ¶ Actor· Hic fortuna
tus vt dicit hugo floriacenſ· vir egregiꝰ· ingenio
clarus· ſenſu celer· ore ſuauis Qui ab ytalia thuro
nis adueniens· actꝰ beati martini quattuor libris
heroico· cõtexuit metro Verum inde aſſũptus· pi
ctauoꝝ ordinatus eſt epus Scripſit autem etiam
vita; beati hilarij pictauenſis & beati maurilij an
degauenſis Huiꝰ eſt illa ſententia breuis & vtiliſ
Pauper in auguſto regnat habendo deum·
¶ CXXVII ¶ De morte iuſtini & impio tiberij
ſecundi ¶ Hugo vbi ſupra·

PRomde iaſtinꝰ impator· viii· iperii ſui ã
no pedibus cepit infirmari Qua de re aſ
ſumens comite; excubitoꝝ tyberiũ adop
tauit eum in filiũ & ſucceſſorem ſuũ ipm declara
uit ¶ Sigibertus· Iuſtino itaq; impatore mortuo
cepit tyberiꝰ ãno impii ſui xii· ſcilicet anno domi
ni· d· lxxvii· mundi ſcilicet quartimilleſimo· d· xli·
& regnauit annis vi Hic miſſa ab egipto frumen
ti copia· romam liberat ab inedia Nam ãtea vrgen
te fame· multi romanoꝝ ſe longobardis dederant
¶ Hugo vbi ſupra Iſte fuit vir catholicus & re
ligioſus vnde multas in cõſtantinopolitana vrbe
renouauit eccleſias Hic etiam terram ꝑſarũ itra
uit· & eos potẽtiſſime debellauit Indeq; egredẽs
tãtam molem ꝑde cum elephãtis multis adduxit·
vt hũane cupiditati crederetur poſſe ſufficere
¶ Sigibertus· Huius ãno ꝓͦ ſigibertꝰ rex fratri
ſuo hilꝑico pugna cõgreditẽ ibiq; theodebertꝰ fili
us hilꝑici ꝑimitur Francis vero ꝓ hilꝑico exoſo ſi
gibertũ ſup ſe regem leuare uolentibus· a duobꝰ
pueris a fredegunde hilꝑici uxore immiſſis· ſigib
tus ꝑimitur ¶ CXXVIII ¶ De pugna hilperi
ci regis contra fratrem ſuũ ſigibertum ¶ Hiſtoria

HIlpicus ſiquidem theodebertũ ¶ frãcoꝝ
filium ſuum ſeniorem qui antea ſigiberto
iurauerat· vltra ligerem cum hoſte dirrere
xit· Qui abiens ciuitates ſigiberti auunculi ſui ꝑ
uaſit· id eſt turonis pictauis & reliquas· Apud
pictauos autem cõtra gundobaldũ ducẽ pugnauit

colliſuſqꝫ eſt exercitus gundobaldi · & fugit · ma
gnãqꝫ illic cedem theodobertus fecit · Cõmoto in
de exercitu · lemoiciũ cadurcinũqꝫ abiẽs ꝑuaſit at
qꝫ vaſtauit · eccleſias accendit · monaſteria d̃traxit
clericos interfecit · monaſteria viroꝝ deiecit · puel
larum deluſit · & cũcta deuaſtauit · Fuitqꝫ eo tem
pore ꝑoꝛ in eccleſijs gemitꝰ · ꝙ tẽpe pſecucõnis
diocleciani & maximiani impatoꝝ · Inter has diſ
cordias hilpicus etiã cõmoto exercitu vſqꝫ rhenũ
acceſſit · cũcta incendens atqꝫ debellãs · Quod au
diens ſigibertus · cõuocatis gentibus illis que vlt̃
rhenum ſũt · piſius venit · & cõtra fratrem ſuũ ire
diſpoſuit · Hilpicus quoqꝫ ꝑ rodomagenſẽ fugiẽſ
cum vxore ſua & filijs thurnacũ ciuitatem ingreſ
ſus · ibi ſe recluſit & cõmuniuit · Sigibertus v̓o ci
uitates illas que vltra piſiꝰ ſũt poſite vſqꝫ ad ro
domagũ accepit · & reuerſus eſt inde piſius ·

CCXXIX De nece ſigiberti ꝑ inſidias frede gũdis

TVnc frãci qui quondã ad hildeb
tum ſeniorẽ aſpexerãt · ad ſigibertũ legati
onẽ mittentes · relicto hilpico ipm ſigiber
tum ſibi regem ſtabiliũt · Qui miſit eos ut fratrẽ
ſuũ in memorata vrbe toꝛnaco obſiderent · dicenſ
ſe cũ exercitu eos eſſe ſecutuꝝ · Cui beatus g̓ma
nus epus dixit · Si abieris · & fratrem tuũ interfi
cere nolueris vnꝰ & victor inde redies · Si autẽ
aliud cogitaueris · morieris · Sicut enim dominus
ꝑ ſalomonẽ ait · foueã quã fratri tuo ꝑabis cades i
eam · Quod ille audire neglexit · Tũc fredegundis
memor artiũ ſuaꝝ · inebriauit duos pueros toꝛna
cẽſes · dixitqꝫ eis · Ite ad cuneũ ſigiberti · & aſſimu
late vt eum ſuꝑ nos regem eleuare debeatis · & in
terficite eum · Si euadere potueritis viui · ego mi
rifice honoꝛabo vos & ſobolem veſtrã Si aũt cor
rueritis · ego ꝓ vobis elemoſinas multas ꝑ loca ſã
ctoꝝ tribuam · Illi vero nec dubij · fero ad euꝫ ve
erant corde venientes · cum aliam cauſã ſe ſugge
rẽ velle ſimularẽt · abſtractis cultris quos vulgo
ſcrãſaxos vocãt · vtraqꝫ ei latera feriũt · At ille vo
ciferãs coꝛruit · & emiſit ſpũm · Vbi etiã homicide
illi coꝛruerũt · Hilpicus vero neſciebat · donec ei
fredegũdis oĩa d̓ iteritu frĩs narrauit Tũc hilpi
cus rex de thoꝛnaco egreſſus · ſigibertũ fratrẽ ſu
um apud lambꝛas vicũ ſepeliuit · Interempto igit̃
ſigiberto rege · bꝛunichildis regina cũ filijs ſuis re
ſidebat plena luctu quid agere deberet ignoꝛãs ·
Gundobaldꝰ aũt dux appꝛehẽdit hildebertũ filiũ
eius furtim ꝑ noctẽ · & cũ eo in auſtri fugit · Col
lectiſqꝫ gentibus ſuꝑ quas pater eius regnauerat
regem eum inſtituit · Hilpicus vero rex piſius ve
niens appꝛehenſa bꝛunichilde · apud rodomagenſẽ
vrbem eam in exiliũ intruſit · theſauris eiꝰ ablatis
filias quoqꝫ eius meldis vrbe teneri ꝓcepit

CCXXX · De inceſtu meronei & malicia fre
degũdis & eius bꝛeui penitentia ·

HIlpicus poſt hec filiũ ſuum meroneũ cuꝫ
exercitu vltra ligerem direxit · At ille reli
cta oꝛdinatõne patris · tũc ꝑ cenomãnicũ
reuerſus · matrem ſuã andouerã ſe vitare fingens ·
rodomacũ venit · ibiqꝫ bꝛunichildi regine cõiũctꝰ
eam ſibi in cõiugiũ copulauit · Hoc aũt ſciens hil
picus ſcilicet quod contra fas & legem canonicaꝫ
vxoꝛem patrui ſui accepiſſet · valde amarus factꝰ
eſt · & feſtinus ad ipſam vrbem ꝑrexit · Illi v̓o cuꝫ
cognouiſſẽt ꝙ eos ſepare deberet · ad baſilicã ſan
cti martini · que eſt ligneis tabulis ſuꝑ murũ con
ſtructa ꝯfugiũt · Rex vero illos ingenio inde eijce
re non valens · iurauit eis doloſe · Si inquit volũ
tas dei eſt ego eos non ſeꝑabo Quo audito · de ba
ſilica ſũt egreſſi · & dignãter acceptis · epulatus ẽ
cum eis rex · Poſt hec vero inſidiãte fredegunde
ꝓpter cõiugatõnem bꝛunichildis · meroneus tõſo
ratus eſt & iubẽte hilpico rege · pſ̄biter ẽ oꝛdiatꝰ
& i inſulã vinomãnicũ directus ut illic regulari
ter degere debẽt · Tẽpoꝛe quoqꝫ illo beatus g̓mãꝰ
ꝑiſioꝛum epus · plenus virtutibꝰ magnis · migra
uit ad dominũ · & glorioſe cũ magno pſallentium
choꝛo in eccleſiã beati vincencij delatus · ibidẽ ſe
pultus nitet · Hildebertꝰ poſt hec iunior legatio
nem ad hilpicũ miſit ꝓpter brunichildẽ matrẽ ſuã
Ille quoqꝫ pacifice reddidit eam · Hilpicus igitur
rex deſcriptõnes nouas & graues per cõſiliũ fred̃
gũdis · in omni regno ſuo fieri iuſſit · ꝓ qua cauſa
multi relinquentes ciuitates illas · & poſſeſſiones
ſuas alia regna petierũt · dicẽtes melius eſſe ꝑegri
nari · ꝙ tali periculo ſubici · populus vero vald̃ op
p̄ſſus vociferabaẽ ad dominũ · Eo tẽpoꝛe · hilpicꝰ
rex grauiter egrotauit · Quo recuꝑante · filij eius
grauiter egrotauerũt · & fredegũdis plena doloꝛẽ
filioꝝ & gemitu · ait ad regem iam repenitẽs Diu
nos male agẽtes · pietas diuina ſuſtinet · Sepe eñ
nos febꝛibus & alijſ malis coꝛꝛipuit & emẽdare
negligimus · Ecce iam perdimꝰ filios · iam eñ eos
lacrime pauperũ · lamenta uiduaꝝ · ſuſpiria oꝛpha
noꝛum interimũt · Ecce auri & argẽti imẽſa põde
ra · cellaria & hoꝛrea plena redũdant · & neſcimus
cui cõgregamus ea · Ecce quod pulcrius habebãꝰ
ꝑdidimus · quid nobis ꝓderũt iſta omnia · Nunc
igitur placeat tibi cõſiliũ meum & iube reddẽ qđ
male peruaſimꝰ · & deſcriptõnes nouas quas iiu
ſte & nequiter fecimus iube igne cremari · ut & ſi
natos ꝑdidimus · ulꝰ penam perpetuã euadamus ·
Tunc rex coꝛde cõpũctus · tradidit omnes deſcri
ptõnes iniquas igni cõburẽdas · Poſt hec filiꝰ eiꝰ
paruulꝰ moꝛtuus eſt alius quoqꝫ nomine lodobẽ
tus · Fredegũdis aũt filiũ peperit · quem uocaueſt
lothariũ Hic poſtea fuit rex magnus · qui etiã ge
nuit dagobertũ · Maxime tunc etiam diſcoꝛdie int̃
hilpericũ & hildebertũ nepotẽ ſuum cõſurgebãt
irꝛitabant etẽ eos ex utriſqꝫ partibꝰ · fredegũdiſ
& bꝛunichildis ·

CCXXXI De luxuria eiuſdẽ
& ꝓprij uiri nece ·

ERat aũt fredegũdis regina pulcra & ige
nioſa nimis · atqꝫ adultera · Landricꝰ eñ
erat tẽ i aula r̃gis hilperici uir efficax atꝫ
ſtrenuus · quẽ memoꝛata regina diligebat multuꝫ
quia luxuriabaẽ cũ ea · Quadã itaqꝫ die cuꝫ matu
rius rex ad uenatõnem exercendã de uilla calenſe
in pariſiacum dirigẽt reuerſus eſt in cameram pa
latij de ſcapulo equitũ Illa faciẽ ſuam erat abluẽſ
aqua in ipa camera · & rex retro ueniens · eam i na
tes ſuas fuſte percuſſit · At illa cogitans ꝙ landri
cus eſſet · ait · Quare ſic facis landrice · Reſpiciens
qꝫ uidit ꝙ rex eſſet · & expauit uehement̃ · Rex ue
ro nimiũ triſtis effectus · in uenatõnem perꝛexit ·
Fredegũdis itaqꝫ uocauit ad ſe lãdricũ · & narra
uit omnia que fecerat dicens · Cogita quid agere
debeamus · quia craſtina die ad tormẽta ualida ex
hibebimur · Et ait landricus cõtritu ſpũ · & cõmo
tus lacrimis dicens · Tam mala hora te uiderunt
oculi mei · Ignoꝛo enim quid agere debeamꝰ · quia
cõpmunt me undiqꝫ anguſtie · At illa dixit ei · No
li timere · Audi cõſilum meum · et faciamus hanc
rem et non moꝛiamur · Cum rex de uenatõe ſũmo

veſpe obtenebrāte aduenerit mittamꝰ qui eū ī̄e=
ficiat. & ꝑcones clamēt ꝙ inſidie ſint hildeberti.
Illo quoqꝫ mortuo. nos cum filio meo lothario re
gnabimus. Factū eſt aūt in initō noctis. reuer-tē
te hilp ico r̄ge ꝺ venatōe. q̄dā pueri adulatores ine
briati vino a fredegūde miſſi. dū de equo deſcēde
ret. ꝑgentibus reliquis ꝑſonis ad metata ſua. ipſi
gladiatores ꝑcuſſerūt regem in aluū ſcrāſaxis. At
ille vociferans. emiſit ſpūm. Succlamauerūtqꝫ ad
ulatores. quos regina fraudulenter miſerat. dicē
tes. Inſidie inſidie fecerūt hoc hildeberti regis au
ſtraſioꝝ ſup dn̄m noſtrū. Tūc exercitꝰ huc illuc
qꝫ diſcurrens. cum nichil inueniſſent. reuerſi ſunt
ad ꝓpria ſua.

## CXXXII De pelagio papa & legatōne beati gregorij cōſtātinopolim.

Sigibertus.

ANno tiberij iiij. pelagius romane eccleſie
lxj. ꝑſidet. Hic obſidentibus romā longo
bardis ordinatur abſqꝫ iuſſione principis
Hic decreuit quotidianā ſacramētoꝝ ꝑfatōnem.
ad miſſas. ix. tm̄modo ꝑfatōnibus ſcḋm antiquā ro=
manoꝝ ordinē eſſe cōmutandam ſcilicet in natali
domini. in apparitōne. in paſcha. ī aſcenſione. ī pē
thecoſte. de ſācta trinitate. de aplis. de ſācta cru
ce. de ieiunio quadrageſimali. Ab hoc gregorius
cōſtātinopolim apocriſarius directꝰ. hortatu leā=
dri hiſpalenſis epi libros moraliū in iob cōpoſuit
Et ibidem euthiciū ꝯſtātinopolitanū epm̄. male ꝺ
reſurrectōne dogmatizātem. corpus noſtrū in illa
reſurrectōnis gloria impalpabile. vētis aereqꝫ ſb=
tilius eſſe venturū. in ꝑſentia imꝑatoris tiberij cō
futauit. & illo non multo poſt mortuo penitꝰ ex=
tinxit. Duces longobardoꝝ gallias aggrediuntur
& vario bellādi genere nūc lōgobardi inter ſe col
lidūtur. Hoſpicius famulus dei in gallia claret q̄
etiam aduentū longobardoꝝ ꝑdixerat. Eo tempe
winiocus brito veniens de britānia. ſāctitate cla
ret in gallia. Lupi burdegalam vrbem ingreſſi. ne
minem metuentes deuorauerūt canes.

## CXXXIII De legatōne eiuſdem gregorij in angliam.

Ex vita beati gregorij.

CVm die quadā aduenientibus nuꝑ merca=
toribus. multa venalia in forū rome colla
ta fuiſſent. multiqꝫ ad emēdum hinc inde
cōfluerent. cōtigit & gregoriū ante ſcilicet ꝙ pon
tificale decꝰ haberet ꝑ foꝝ trāſitū facere. ac vidiſ
ſe inter alios pueros venales poſitos. lactei cor=
poris. ac venuſti vultus. capillos quoqꝫ ꝑcipui cā
doris habentes. Quos cū aſpiceret. interrogauit
de qua regione eſſent allati. dictūqꝫ eſt. quia ꝺ bri
tānia inſula. cuiꝰ incole tali omnes decore niterēt
Rurſus interrogauit. vtrū in eadem inſula xpia=
ni eſſent an paganoꝝ erroribus implicati. Dictū
eſt. ꝙ eſſent pagani. At ille intimo ex corde longa
trahēs ſuſpiria. Heu ꝓh dolor īquit ꝙ tā lucidi
vultus homines tenebraꝝ autor poſſidet. tātaqꝫ
frontis ſpecie gens grata. mentem ab īternis gau
dijs vacuā geſtat. Ruſꝰ ergo interrogauit. quod
eſſet vocabulū gentis illius. Reſpōſum eſt. ꝙ āgli
vocarentur. At ille. Bene inquit. Nam & āgelicā
habent faciem. & tales āgeloꝝ in celis decet eſſe
coheredes. Quod habet inquit nomen ipa ꝓuicia
de qua iſti ſunt allati. Reſponſū eſt. quia deiri uo
carent̄. i. ꝓuintiales. At ille bene inquit deiri. de
ira eruti. & ad miſericordiā xpi vocati. Rex ait ꝓ
uincie illius quomō vocatur. Reſponſū eſt. ꝙ elle
vocaret̄. At ille alludens ad nomē ait. Laudeꝫ dei
creatoris illis in ꝑtibus oportet cātari. Accedenſ=
qꝫ ad pontificē aplice ſedis. rogauit ut genti āglo
rū in britāniam aliquos verbi miniſtros. ꝑ quoſ ad
xpm̄ cōuerterent̄ mitteret. aſſerens & ſeipm̄ in hoc
opus dn̄o cooꝑante ꝑficiendū ꝑatum eſſe. ſi tamē
eidem aplico pape hoc fieri cōplaceret. Quod cuꝫ
ei ꝑmo minime pōtifex ānuiſſet. poſtremo in fatiga
bilibꝰ eius ꝑcibꝰ victꝰ aſſenſit. Qui ciuibus ꝓfe
ctōnis ſue celās negociū. quoniā ſi id noſſent nul
latenus illi quoquo pacto acqeuiſſent. quāto cele
rius potuit. iter cū aplica benedictōne arripuit.

## CXXXIIII De reuocatōe eiuſdem adhuc in itinere cōſtituti

SEd interea ad notitiā populi veniebat &
mox vnanimi ꝯdicto omnes vrbici ac ſub
urbani. vel quicūqꝫ audientes accurrē po
tuerūt. ſeſe in tres ꝑtes diuidūt. & ꝓficiſcēti apli
co pelagio ad eccleſiā ſancti petri terribili uoce ꝯcla
māt. Eya aplice quid feciſti. Sāctū petrū offendi
ſti. romā deſtruxiſti. gregoriū non tā dimiſiſti. ꝙ
expuliſti. His aūt vocibus horribiliter ꝑmotꝰ pō
tifex. populūqꝫ vehementiſſime metuens. poſt eū
ſūma cū feſtinatōne legatōnem. ut quātotiꝰ romā
rediret cū interdictōne direxit. Sed āteqū miſſi eū
adiſſent. triū dierū iam cōfecto itinere. dū idem
vir domini gregorius. ut iter agentibus moris ē.
circa ſextā horā in quodā prato ſocijs quibuſdā q̄
eſcentibꝰ. alijs aūt illi aſſidentibus. vel quibuſdaꝫ
rebus neceſſarijs occupatis. ſederet ac legēt. ve=
nit ad eum locuſta. & dans ſaltū. pagine quā ꝑcur
rebat inſedit. Cernenſqꝫ eam beatꝰ gregoriꝰ tam
māſuete loco quo aſſederat ꝑmanere. cepit colle=
ctans ſodalibus ipſiꝰ recipꝓcās nomen quaſi inter
ꝑtari. Locuſta hec inquā dici poteſt. q. loco ſta. &
ſubiūgens. Sciatis inquit non ꝓgreſſiꝰ noſ iter ce
ꝑtum licere ꝓtendere. Verū tamen ſurgite. & iu
menta ſternite. ut quātū licuerit quo tēdimꝰ ꝓpe
remus Dum aūt hinc mutuo cōfabularent̄. & ſe
cum quererent. ꝑuenerūt miſſi aplici equis ſudāti
bus. & admodū fatigatis. ſtatimqꝫ illi cuꝫ magna
celeritate epl̄am quā detulerāt porrexerūt Qua ꝑ
lecta. ita eſt inquit ſocij ut ꝑdixerā Romā celerit̄
remeabimus. Taliqꝫ ordine interim dilato ſue de
uotōnis effectu. mox ut ipe pōtificatus officiō fū
ctus eſt. opus diu deſideratū ꝑfecit.

## CXXXV De ſācto herminigildo rege & martire.

Sigibertus.

ANno tyberij vj. hermigildus leunigildi re
gis wiſigothoꝝ filius. filiā ſigiberti regis
vxorē duxit. ꝑ quā ad orthodoxā fidē cō
uerſus. iram patris ſui leunigildi arriani icōꝑabi
liter incurrit Hugo vbi ſupra. Hildeberti regiſ
ſoror ingundis herminigildo leunigildi hyſpano
rum regi filio nupſit Herminigildꝰ vero ꝑdicatō
ne leandri hyſpalenſis epi. & adhortatone ſue cō
iugis ab arriana hereſi. qua pater ſuus lāguebat.
ad catholicam cōuerſus eſt fidem Quod ut pater
cognouit. illū ad eādem hereſim ut rediret. & pre
mijs ſuadere & minis terrē conabat̄ Cui cum ille
cōſtātiſſime reſponderet. nūquā ſe veram fidem poſ
ſe relinquē. quā ſemel agnouiſſet. iratus pater eū
regno ꝑuauit. rebuſqꝫ omnibus expoliauit. Sꝫ cū
nec ſic virtutem mentis illius emollire valēt. arta
eum cuſtodia. concludēs. collū manuſqꝫ eiꝰ ferro
ligauit. Superueniēte aūt paſchalis feſtiuitatis die
intempeſta nocte ſilentio ad eū ꝑfidꝰ pat̄ arrianū
epm̄ miſit. ut ex eius manu ſacrilege conſecratōis

cõmunionem ꝑciperet·ac ꝑ hoc ad patris gratiam
redire mereretur Sed vir dõ dilect⁹· arriano epõ
uenĩẽti exꝓbrauit ut dbuit ei⁹ qꝫ a ſe ꝑfidiã dignis
increpatõnibus repulit· quia & ſi exteri⁹ iacebat
ligatus·apud ſe tamen in magno mentis culmine
ſtabat ſecurus· Ad ſe itaqꝫ reuerſo epõ· arrianus
pater infremuit· Statimqꝫ apparitores ſuos miſit
qui illũ ubi ille iacebat occiderent· Qui mox ut in
greſſi ſunt·ſecurim cerebro illius infigentes· uitã
corpis abſtulerũt Sed ꝓ oſtendẽda uera ei⁹ glo-
ria·ſupna non defuere miracula· Nam cepit in no
cturno ſilentõ pſalmodie cãtus ad corp⁹ eiuſdẽ
regis & martiris audiri· & lãpades ardentes uide
ri· Quod & ꝑfidus pater illius audiens·cõmotus
penitentia hec ſe feciſſe doluit·nõ tñ uſqꝫ ad opti
nendam ſalutem· Nam quia uera eſſet fides catho
lica agnouit·ſed gentis ſue timore ꝑterritus·per
uenire ad hanc non meruit· Oborta tamen egritu
dine ad extrema ꝑductus·leandro epõ quẽ p⁹ ue
hementer afflixerat·richaredũ regẽ filiũ quẽ ĩ ſua
hẽſi reliquebat cõmendare curauit·ut & in ipõ ta
lia faceret·qualia in fratrem eius ſuis exhortatio-
nibus ꝑegiſſet· Qua cõmendatione cõpleta·defũ-
ctus eſt· Poſt cuius mortem richaredus rex non
patrem ꝑfidum·ſed fratrẽ martirem ſequẽs ab ar
riane hereſis prauitate cõuerſus eſt·totãqꝫ wiſi
gothoꝝ gentem ita ad uerã ꝑduxit fidem·ut nullũ
in ſuo regno militare ꝑmitteret·qui regno dei ho
ſtis exiſtere ꝑ hereticã ꝑuitatem non timeret·

¶ Contĩnẽtia & capitula viceſimitercij·libri·

V Iceſimuſtercius liber ꝯtinet hyſtori-
am·xxix·annoꝝ· Quibus impauerũt
mauricius & focas· Maximam uero
partem huius libri contĩnẽt flores
ſancti gregorij pape· Habet autem
capitula·cx·

D E imperio mauricij & ſubuerſione partis
antiochie ij·
De ſomnio gũtranni regis·& regno fre-
degũdis ac landrici ij
De pugna francorum ꝯtra hildebertũ regẽ auſtra
ſiorum iij·
De ſtimulatõne brunichildis & theodorici contra
ſanctum colũbanum iiij·
De exilio eiuſdem & damnatis e carcere liberatis
per eum v·
De iterato eiuſdem exilio vj
De quibuſdam miraculis eiuſdem vij
De cõpletione ꝓphetie eius ſuꝑ domo theodorici
regis & obitu ipſius·& quibuſdam alijs viij·
De peſte inguinaria que accidit rome·& electõe
gregorij pape ix·
De quibuſdam euentibus illi⁹ tempis x·
De legatione auguſtini in angliam & conuerſiõe
illius gentis xj·
De conuerſione cantuariorum & regibus norda-
nimbrorum xij·
De ſãcto goare & eius falſa accuſatione apud ar-
chiepiſcopum ſuum xiij
Qualiter aduerſariorum ſuorum famem & ſitim
ſedauit xiiij
Qualiter voce pueri peccatum epiſcopi coactus
publicari fecit xv
Qualiter in archiepm poſtulatus·& renuens be-
neficio mortis euaſit· xvj
De quibuſdã euentib⁹ illi⁹ tempis xvii
De pena mauricii iuxta reuelationẽ dei ſibi ꝑſent
inflicta ut euaderet futuram xviii
De morib⁹ & ꝯuſatione beati gregorij pape xix
De miraculo veri corpis xp̃i ꝑ eũ oñſo xx·
De ꝑtibus corpaliũ quas ꝓ reliquijs miſit·& de q̃
bus ſanguis exiuit xxi·
De duobus magis quos intuitu ſolo excecauit &
anima traiani quã ab inferis euocauit xxii·
De tranſitu eiuſdem & pena ſucceſſoris eius ſibi
detrahentis xxiii·
De libris ab ipõ beato gregorio ꝯpoſitis xxiiii
De miraculo circa eum oſtenſo dum viſionem eze
chielis exponeret xxv·
De libro moralium amiſſo·& ꝑ miraculum inuen
to xxvi·
De excerptis predictoꝝ librorum·& p̃mo d̃ cura
regiminis xxvii
De illis qui ex diuerſis cauſis recuſant officiũ pa
ſtoris xxviii·
Qualiter hoc officium recipiendum ſit·& qualit̃
declinandum xxix·
De vanis argumentis ambicioſoꝝ xxx·
Quã eminentis debeat eſſe vite qui p̃latõnis offi
cium ſuſcipit xxxi·
Qualis eſſe debeat in cogitatõne & opere·in ſilẽ
cio & ſermone·ĩ ꝯpaſſione & ꝯtẽplatione xxxii
Qualiter ſe debeat ſubiectis equare·& qualiter
preferre· xxxiii
Q⁹ erga ſubiectos ſeruari debeat·& amor & vi-
gor· xxxiiii
Qꝫ diuerſimode admonendi ſũt·& aliter egeni ꝙ
diuites·& leti ꝙ triſtes· xxxv·
Q⁹ aliter admonendi ſũt ſubditi ꝙ prelati·& ſer
ui ꝙ domini xxxvi·
Qꝫ aliter impudentes ꝙ verecũdi·& inuidi ꝙ be-
niuoli xxxvii·
Qꝫ aliter impuri ꝙ ſimplices·& egri ꝙ incolumes
xxxviii
Q⁹ aliter taciti ꝙ loquaces xxxix·
Q⁹ aliter manſueti ꝙ iracũdi·& hũiles ꝙ elati·xl
Q⁹ aliter abſtinentes·& aliter guloſi xli·
Qꝫ aliter miſericordes·aliter rapaces & aliter in
ter vtrũqꝫ medij· xlii·
Qꝫ aliter diſcordes ꝙ pacati·& ꝓſperitate fruen
tes ꝙ miſeri· xliii
Q⁹ aliter cõtinentes ꝙ coniugati xliiii
Qꝫ aliter admonendi ſunt qui peccata deplãgũt
& qui non· xlv·
Qꝫ aliter illi qui mala ſua laudant·& qui econtra
rio· xlvi·
Qualiter illi qui in minimis frequẽter excedunt·
& qui bona incepta non ꝑficiunt xlvii
Qualiter illi qui mala occulte agunt·& bona pu
blice & qui econtrario xlviii
Qualiter vox p̃dicatoris tempari debet inter vi-
cia contraria xlix
De cõflictu vicioꝝ & virtutum·p̃mo de ſuꝑbia
cum filiabus ſuis et horũ contrarijs ·l·
De inuidia et ira cum filiabus ſuis·et virtutibus
contrarijs· li·
De triſticia cum filiabus ſuis·et virtutibus cõtra
riis lii
De cupiditate et gula·et luxuria·et filiabus ſuis
et uirtutibus contrariis liii·
De miraculis ſanctoꝝ petri et pauli· liiii·
Adhuc de corpib⁹ eoꝝ et cathena ſãcti pauli·lv·
De claue aurea ſancti petri· lvi
De quibuſdã miraculis ſancti andree ãp̃li·lvii·